principes sacerdotū adu-
sus ih̄m: ut eum morti
traderent. Et vinctū eū
adduxerunt: et tradiderunt
pontio pylato presidi.
Tūc uidens iudas qui
tradidit eū qd̄ dampna-
tus esset: penitencia duc-
tus veniit triginta ar-
genteos principibus sa-
cerdotum et senioribus:
dicens. Peccaui: tradēs
sanguinē iustū. At illi
dixerunt. Quid ad nos?
Tu uideris. Et proiecit
argenteis in templo re-
cedit: et abiens laqueo
se suspendit. Principes
autē sacerdotum accepti
argenteis dixerunt. Nō

licet eos mittere in carba-
nan: quia precū sangu-
nis est. Consilio autē in-
ito: emerūt ex illis agrū
figuli in sepulturam pe-
reginorū. Propter hoc uo-
catus est ager ille adhelde-
mach. hoc est ager san-
guinis: usq; in hodie
nū diem. Tūc impletū
est qd̄ dictū est p̄ ih̄emā
pphetam dicentem. Et
acceperūt triginta argē-
teos: precū appreciati:
quē appreciauerūt a fili-
is isrl̄: et dederūt eos in
agrū figuli sicut consti-
tuit michi dñs. Huius at
stetit ante presidem: et
interrogauit eū preses di-
cens. Tu es rex iudeorū?
Dicit ei ih̄s. Tu dicis.
Et cū accusaretur a prin-
cipibus sacerdotū et senio-
ribus: nichil r̄ndit. Tūc
dicit illi pylatus. Non
audis q̄nta adūsū te
dicunt testimonia? Et nō
r̄ndit ei ad ullū uerbum:
ita ut miraretur preses
uehementer. Per diem
autē sollempnē consue-
uerat preses dimittere po-
pulo unū vinctū: quem
uoluissent. Habebat at

tunc unū vinctū in signū:
 qui dicebatur barrabas:
 qui ppter homicidiū mis-
 sus fuerat in carcerē. Con-
 gregatis ergo illis: dixit
 pylatus. Quem uultis
 dimittā uobis? barrabā.
 an ih̄m qui dicitur xp̄s?
 Sciebat enī: q̄ per inuidi-
 am tradidissent eum. Se-
 dente autē illo pro tribu-
 nali: misit ad eū uxorē
 eius dicens. Nichil tibi et
 iusto illi. Multa enī pas-
 sa sū hodie p̄ uisū ppter
 eum. Principes autē sa-
 cerdotum et seniores per-
 suaserūt pplis ut peterēt
 barraban: ih̄m uero per-
 derent. R̄ndens autē p̄ses:
 ait illis. Quē uultis uo-
 bis de duob; dimitti? At
 illi dixerūt. Barraban.
 Dicit illis pylatus. Qd̄
 igitur faciam de ih̄u qui
 dicitur xp̄us? Dicunt oēs.
 Crucifigatur. Ait illis p̄-
 ses. Quid enī mali fecit?
 At illi magis clamabāt
 dicentes. Crucifigatur.
 Videns autē pylatus quia
 nichil proficeret: sed ma-
 gis tumultus fieret: ac-
 cepta aqua lauit manū
 coram pplō dicens. In

nocens ego sū: a sangui-
 ne iusti huius. Vos uide-
 atis. Et r̄ndens uniuersis
 pplis: dixit. Sanguis ei?
 sup nos: et sup filios nos-
 tros. Tunc dimisit illis
 barraban. Ih̄m autē fla-
 gellatum tradidit eis: ut
 crucifigeretur. Tūc mili-
 tes presidis suscipientes
 ih̄m in pretorio: congrega-
 uerūt ad eū uniuersam co-
 hortem. Et exuentes eū:
 clamidē cocineā circumde-
 derunt ei. Et plectentes co-
 ronā de spinis: posuerūt
 sup caput eius: et arun-
 dinē in dextera eius. Et
 genuflexo ante eū: illude-
 bant dicentes. Aue rex iu-
 deorū. Et expuentes in eū:
 acceperunt arundinem:
 et percutebant caput eius.
 Et postq̄ illuserunt ei ex-
 uerunt eū clamidē: et in-
 duxerūt eū uestimētis ei?
 et duxerūt eū ut crucifige-
 rent. Exeuntes autē in-
 uenerunt hoīem cyrene-
 um: nōie symonē. Hunc
 angariauerūt: ut tolle-
 ret crucē eius. Et uenerūt
 in locū qui dicitur gol-
 gatha: qd̄ est caluarie
 locus. Et dederūt ei uinū

711

bibere: cū felle mixtū. Et
cū gustasset: noluit bi-
bere. Postq̄m autē cruci-
fixerunt eum: diuiserūt
uestimenta eius sortem
mittentes: ut adimplere-
tur qd̄ dictum est per p̄-
phetam dicentē. Diuise-
rūt uestimēta mea sibi:
et sup uestem meā mise-
runt sortem. Et sedentes
seruabant eū. Et impo-
suerūt sup caput eius:
causā ip̄ius scriptā. Hic
est ih̄s rex iudeorū. Tunc
crucifixi sūt cū eo duo la-
trones: unus a dextris.
et unus a sinistris. Pre-
tereuntes autē blasphe-
mabant eū: mouentes
capita sua et dicentes.
Vach qui destruit tēplū
dei: et in triduo illud re-
edificat: salua te metip-
sum. Si filius dei es: des-
cende de cruce. Similiter et
principes sacerdotū: il-
ludentes cū scribis et se-
nioribus: dicebant. Ali-
os saluos fecit: seip̄s
non potest saluū facere.
Si rex isrl̄ est descendat
nūc de cruce: et credim̄
ei. Confidit in deo: libe-
ret eum nunc si uult.

Dixit enī: quia filius dei
sum. Idip̄m autē et latro-
nes qui crucifixi erant cū
eo: improbabant ei. **A**-
 sexta autem hora tenebre
facte sunt sup uniuersā ter-
ram: usq; ad horā nonā.
Et circa horā nonā:
clamauit ih̄s uoce mag-
na dicens. **H**ely: hely:
lamazababani. **H**oc
est. Deus meus: deus me-
us: ut quid dereliquisti
me. **Q**uidā autē illic stā-
tes et audientes: dicebāt.
Helyam uocat iste. Et
continuo currens unus
ex eis: acceptam spon-
giam impleuit aceto. et
imposuit arundini: et
dabat ei bibere. Ceteri
uero dicebant. **S**ine. **V**i-
deamus an ueniat hely-
as: liberans eum. **I**hesus
autē iterū clamans uo-
ce magna: emisit sp̄m. **+**
Et ecce uelū templi sac-
rum est in duas partes:
a summo usq; deorsū. Et
terra mota est: et petre
sasse sunt: et monumē-
ta aperta sunt: et multa
corpora scōrū qui dormi-
erant surrexerunt. Et
exerentes de monumētis

lxx

post resurrectione eius: uenerunt in sanctam ciuitatem: et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erant custodientes ihesum. uiso tremotum et hijs que fiebant: timerunt ualde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi et mulieres multe a longe: que secute erant ihesum a galilea: ministrantes ei. Inter quas erat maria magdalene: et maria iacobi: et ioseph mater: et mater filiorum zebedei. Cum autem sero factum esset: uenit quidam homo diues ab arimachia nomine ioseph: qui et ipse discipulus erat ihesu. hic accessit ad pylatum: et petiit corpus ihesu. Tunc pylatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph: inuoluit illud in syndone munda: et posuit illud in monumento suo nouo: quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti: et abiit. Erant autem ibi maria magdalene. et altera maria: sedentes contra sepulchrum. **Altra autem die que est post pascha**

ra sceuen: conuenerunt principes sacerdotum et pharisaei ad pylatum dicentes. Domine: recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc uiuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte ueniant discipuli eius et furetur eum: et dicant plebi surrexit a mortuis. Et erat nouissimus error prior. At illis pylatus: Habetis custodia. Ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum: signantes lapidem cum custodibus. **Post. Te deum. Euangelium. S. matthei.**

In illo tempore: Cum appropinquasset ihesus iherosolymis: et uenisset bethphage ad montem oliueti: tunc misit duos de discipulos suos dicens eis. Ite in castellum quod contra uos est: et statim inuenietis asinam alligatam. et pulum cum ea. Soluite: et adducite michi. Et si quis uobis aliquid dixerit

Vacat.

146

age^m

rit: dicite quia dñs huius
opus habet: et confestim di
mitteret eos. Hoc autē to
tū factū est: ut adimple
retur qđ dictū est per pro
phetam dicentē. Dicite fi
lie syon. Ecce rex tuus ue
nit tibi mansuetus: et
sedens sup asinā et pullū
filii subiugalis. Cūtes
autē discipuli: fecerunt
sicut p̄cepit illis ih̄us. Et
adduxerunt asinā et pul
lū: et imposuerūt super
eos uestimenta sua: et
cū desup sedere fecerunt.
Plurima autē turba: st
uerūt uestimenta sua i
uia. Alij autē cedebant
ramos de arborib: et ster
nebant in uia. Turbe at
que precedebant et que
sequebantur: clamabāt
dicentes. Osanna filio
dauid: benedictus qui
uenit in noīe dñi. *Off.*

*Impropetui expectauit
cor meū et miseriam. et sus
tinui qui simul contristare
tur et non fuit. consolante
me quesiu et non inueni
et dederūt in escam meā fel
et in siti mea pota
uerūt me aceto. *sc̄.*
Oncede q̄s dñe.*

ut oculis tue maiestatis
munus oblatū. et grām
nobis deuotionis obtine
at. et effectū b̄te phenu
tatis acquirat. *Per. Cō.*

*P*ater si non potest huc ca
lur transire nisi bibam illum
fiat uoluntas tua. *Compl.*

Der huius dñe o
perationē mys
tery et uicia nr̄a
purgentur: et iusta desi
deriā compleantur. *Per.*



Iudica dñe *fia sc̄a.*
nocentes me expug
na impugnantes
me apprehende arma
et scutū et exurge in aduuto
rū meū dñe uirtus salutis
mee. *v.* Effunde fr̄am eā et
conclude adūsus eos qui ple

quiritur me. die anime mee
salus tua ego sum. *Collc.*

D A q̄s om̄ps d̄s.
ut qui in tot ad
uersis ex nostra
infirmirate deficiamus?
intercedente unigeniti fi
lii tui passione respirem?

Deinde. It̄ ysaie p̄phie.

I N dieb; illis: Dixit
ysaias. Dñs deus
aperuit michi au
tem: ego autē non cont
dico: retrorsū non abui.
Corpus meū dedi paci
entibus: et genas meas
vellentibus. facie meā
non auerti: ab increpan
tibus et conspuentibus i
me. Dñs deus auxilia
tor meus: ideo non sum
confusus. Ideo posui fa
ciem meā ut petram du
rissimā: et scio qm̄ non
confundar. Furta est qui
iustificat me. Quis cō
tradicit michi? Strenus
sumul. Quis est aduusa
rius meus? Accedat ad
me. Ecce dñs deus: auxi
liator meus. Quis est
qui condēpnet me? Ecce
om̄s quasi uestimentū
conterentur: tinea come
det eos. Quis ex uobis

timens dñm. audiens
uocem serui sui? Quis
ambulauit in tenebris
et non est lumen ei? Spe
ret in noīe dñi: et innita
tur sup dño deo suo. *R.*

E ruge dñe et intende iudi
ciū meū deus meus et dñs m̄s.
in causā meā. *V.* Effunde fra
meā et concludē aduersos
qui me p̄sequūt. *S. ioh̄em.*

I N illo tempe: Ante
sex dies pasche ue
nit ih̄s bethaniā:
ubi fuerat lazarus mor
tuus quē suscitauit. fece
rūt autē ei ibi cenā: et
martha ministrabat.
Lazarus uero unus erat
ex discumbentib; cū eo.
maria ergo accepit librā
unguenti nardipistici
p̄ciosi: et unxit pedes ihe
su. et terxit capillis suis
pedes eius: et domus imple
ta est ex odore unguenti.
Dixit ergo unus ex disci
pulis eius iudas scano
this: qui cū erat traditu
rus. Quare hoc unguē
tum non uenit trecenti
denarijs. et datum est ege
nis? Dixit autē hoc. non
quia de egenis ptinebat
ad eum: sed quia fur eāt

ihs

et

et loculos hñs: ea q̄ mit-
 tebantur exportabat.
Dixit ergo ih̄s. Sine illā:
 ut in diem sepulture mee
 seruet illud. **Paupes enī**
 semp habetis uobiscum:
 me autē non semp habe-
 bitis. **Cognouit ergo tur-**
 ba multa ex iudeis quia
 illic est. et uenerūt non
 ppter ih̄m tantū: sed ut
 lazarium uiderent quem
 suscitauit ih̄s. **Cogita-**
 uerunt autē p̄ncipes sa-
 cerdotū ut et lazarium
 interficerent: quia multi
 ppter illū abibant ex iu-
 deis: et credebant in ih̄m.
In crastinū autē turba
 multa que uenerat ad
 diem festū: cū audisset
 quia uenit ih̄s iheroso-
 lymā: acceperūt ramo-
 palmariū: et p̄cesserunt
 obuiā ei. et clamabant.
Osanna. benedictus q̄
 uenit in noīe dñi: rex
 isrl̄. **Et inuenit ih̄s azel-**
 lum: et sedit sup eū: si-
 cut scriptū est. **Noli ti-**
 mere filia syon: ecce rex
 tuus uenit sedens sup
 pullū asine. **Hec nō cog-**
 nouerunt discipuli ei-
 p̄mū. **Sed q̄ndo glori-**

a moctuis

catus est ih̄s: tūc recorda-
 ti sūt. quia hec scripta e-
 rant de eo. et hec fecerunt
 ei. **Testimonū ergo p̄-**
 hibebat turba que erat
 cū eo: q̄ndo uocauit la-
 zarum de monumento:
 et suscitauit eū a mor-
 tuis. **Ppterea et obuiā**
 uenit ei turba: quia au-
 dierunt eū fecisse hoc sig-
 nū. **Pharisei ergo dire-**
 runt ad semetipsos. **Vi-**
 deis quia nichil p̄ficiam?
Ece mūdus totus post
 eū abiit. **Erant autem**
 gentiles quidā ex hys
 qui ascenderant: ut ado-
 rarent in die festo. **Hij**
 ergo accesserūt ad philip-
 pum qui erat a bethsai-
 da galilee: et rogabant
 eū dicentes. **Dñe: uolu-**
 mus ih̄m uidere. **Venit**
 philippus et dicit andree.
Andreas rursū et philip-
 pus: dixerunt ih̄u. **Ihs**
 autē respondit eis dicens.
Venit hora: ut clarifice-
 tur filius hom̄is. **Amē**
amen dico uobis: nisi
 granū frumenti cadens
 in terrā mortuū fuerit:
 ip̄m solū manet. **Si autē**
 mortuū fuerit: multum

fructū afferit. Qui amat
 aīam suā: p̄der eam. Et
 qui odit aīam suā in h̄
 mūdo: in uitā eternam
 custodit eam. Siquis in
 ministrat: me sequatur.
 Et ubi sum ego: illic et
 minister meus erit. Siquis
 michi ministraverit: ho
 norificabit eū p̄t̄r meus
 qui est in celis. Nūc aīa
 mea turbata est. Et q̄d
 dicam: Pater saluifica
 me: ex hac hora. Sed p̄
 t̄rrea ueni in hanc hora.
 Pater clarifica tuū nomē.
 Venit ergo uox de celo. Et
 clarificauit: et iterū clar
 ficabo. Turba ergo que
 stabat et audierat: dice
 bat tonitruū factū esse.
 Alij dicebant: angelus
 ei locutus est. Respondit ih̄s:
 et dixit. Non p̄pter me
 uox hec uenit: sed p̄pter
 uos. Nūc iudiciū est mū
 di. Nunc p̄nceps huius
 mūdi eicietur foras. Et
 ego si exaltatus fuero a
 terra: omnia traham ad
 meip̄sū. Hoc autē dice
 bat: significans quā
 morte esset morturus.
 Respondit ei turba. Nos au
 diuimus ex lege: quia

82
 19
 xp̄us manet in eternū.
 Et q̄modo tu dicis oport
 ter exaltari filiū hominis?
 Quis est iste filius hoīs?
 Dixit ergo eis ih̄s. Ad
 huc modicū lumen i uo
 bis est. Ambulate dum
 lucem habetis: ut non te
 nebre uos comprehendāt.
 Et qui ambulat in tene
 bris: nescit quo uadat.
 Dum lucē habetis: cre
 dite in lucē: ut filij lucis
 sitis. Hec locutus est ih̄s:
 et abiit et abscondit se
 ab eis.

Off. **S**erpe me
 de inimicis meis dñe ad te
 confugi doce me facē uolū
 tatem tuā quia deus meus
 es tu.

N et **Secr.** **S**acrificia nos
 om̄ps deus po
 tenti uirtute mūdatos.
 ad suū faciunt puio
 res uenire principium. **P**
 dñm n̄m ih̄m xp̄m fi
 liū tuū. Qui tecū. **Co.**

Subescant et reuēant
 simul qui gratulant̄ ma
 lis meis induant̄ pudore
 et reuēcia qui maligna
 loquūt̄ aduersum me.

D Rebeant **Cōpl.**
 nobis dñe diu
 nū tua scā fer

uorem: quo eorum pariter
et actu delectemur et fruc-
tu. Per dominum. *Sup pplm.*

H diuina nos deus
salutaris noster?
et ad beneficia
recolenda quibus nos istau-
rare dignatus es. tribue
uenire gaudentes. Qui
uiuus et regis. *feria. tna.*



Nos autem gloriari
oportet in cruce
domini nostri ihesu christi.
in quo est salus uita et resur-
rectio nostra per quam saluati et
liberati sumus. *ps* Deus
misereatur nostri et benedicat
nobis: illuminet uultum suum
super nos et misereatur nostri.

O mnis semper. *Coll.*
terne deus da nobis
ita dominice passio-
nis sacramenta peragere:
ut indulgentiam prope-
riemus. *De eundem. It*

I n *theremie pphie.*
diebus illis: Dixit
Iheremias. Tu domine
demonstrasti michi et cog-
nouisti: tu ostendisti michi
studia eorum. Et ego quasi
agnus mansuetus qui
portatur ad victimam: et
non cognoui quia cogi-
tauerunt super me consilia
dicentes. Mittamus lig-
num in panem eius: et era-
damus eum de terra uiuen-
tium: et nomen eius non
memoretur amplius.
Tu autem domine sabaoth
qui iudicas iuste: et per-
bas renes et corda: iudica
ultionem tuam ex eis. Tibi
enim reuelavi causam meam.
domine deus meus. *km.*

E go autem cum michi mo-
lesti essent induebam me
calicem et humiliabam in ie-
iunio animam meam et oratio
mea in sinu meo conuertetur.
v. Iudica domine nocentes me.
expugna impugnantes me.
apprehende arma et scutum et

s vob.

erurge in adiutorium michi.

Passio dñi nri ihu xpi:**S**cdm mat.

Nullo tempe.

Erat pascha:

et azima post

biduum. Et q̄

rebant sumu

sacerdotes et scribe: quo

modo ihu dolo tenerent

et occiderent. Dicebant ei.

Non in die festo. Ne forte

tumultus fieret populi.

Et cum esset bethanie in

domo symonis leprosi

et recumberet: uenit mul

lier habens alabastrum

unguenti nardi spicati

preciosi. Et fracto alabal

tro: effudit sup caput ei.

Erant autē quidā indig

ne ferentes intra semet

ipsos: et dicentes. Ut qd̄

pdicio ista unguenti fac

ta est? Poterat enī unguē

tum istud uenundari pl̄

qm̄ trecentis denariis: et

dari paupibus. Et freme

bant in eam. His autē

dixit. Sinite eam. Quid

illi molesti estis. Bonū

opus: opata est in me.

Semp enī paupes ha

betis uobiscum: et cū uo

lueritis potestis illis be

nefacere. et sic autē nō semper habebitis. Quod habuit hec fecit. Puenit ungue corpus meū in sepulchuram. Amen dico uob: ubicumq; predicatū fuit euangelium istud in uniuerso mundo: et qd̄ fecit hec narrabitur in memoria eius. Et iudas scariothes unus de duodecim abiit ad sumos sacerdotes: ut proderet eū illis. Qui audientes gauisi sūt: et promiserunt ei pecuniam se daturus. Et querebat quomodo eū oportune traderet. Et p̄ma die azimor q̄ndo pascha imolabant: dicunt ei discipuli. Quo uis eamus. et paremus tibi ut manduces pascha? Et mittit duos de discipulis suis: et dicit eis. Ite in ciuitatem: et occurret uobis homo lagenā aque hauriens. Sequimini eū. Et quocūq; introierit dicite dño domus: quia magister dicit. Ubi est dicitur: et refectio mea. ubi pascha cū discipulis meis manducem? Et ipse uobis demonstrabit cenaculum grande stratum: et

i 6

illic parate nobis. Et abi-
erunt discipuli eius: et
uenerunt in ciuitate: et
inuenerunt sicut dixerat
illis. Et parauerunt pas-
cha. Vespere autē facto:
uenit cū duodecim. Et
discumbentib; illis et
manducantib; ait ihs.
Amen dico uobis: quia
vnus ex uobis me tradet:
qui manducat mecum.
At illi ceperunt contris-
tari: et dicere ei singilla-
tim. Numq; ego? Qui
ait illis. Vnus ex duode-
cim: qui intingit meam
in cathino. Et filius qdē
hoīs uadit: sicut scriptū
est de illo. De autē homī
illi: per quem filius ho-
minis tradetur. Bonū
erat ei: si non esset na-
tus homo ille. Et man-
ducantib; illis accepit
ihs panem: et benedicēs
fregit: et dedit eis: et ait.
Sumite. Hoc est corpus
meū. Et accepto calice:
grās agens dedit eis. Et
biberunt ex illo omnes.
Et ait illis. Hic est san-
guis meus noui testa-
menti: qui pro multis
effundetur. Amen dico

uobis: qd iam non bi-
bam de genimine uitis:
usq; in diem illū cū illud
bibam nouū in regno
dei. Et ymno dicto: erie-
rūt in montē oliuariū.
Et ait illis ihs. Omnes
scandalizabimī in ista
nocte: quia scriptū est.
Pasciam pastore: et dis-
pergentur oues. Sed pos-
tea q̄ resurrexero: p̄cedā
uos in galileam. Petrus
autē ait illi. Et si omīs
scandalizati fuerint: sed
non ego. Et ait illi ihs.
Amen dico tibi: quia tu
hodie in hac nocte prius-
qm gallus bis uocem de-
derit: ter me es negatu-
rus. Et ille amplius lo-
quebatur. Et si oportue-
rit me siml' cōmorī tibi:
non te negabo. Siliter
autē et omnes dicebant.
Et uenerunt in prediū:
cui nomen gethsemani.
Et ait discipulis suis.
Sedete hic: donec orem.
Et assumpsit petrū et iaco-
bum et iohēm secū: et ce-
pit pauere et tedere. Et
ait illis. Tristis est aīa
mea: usq; ad mortē. Sul-
tinate hic: et uigilate. Et

cū processisset paululū:
 p̄didit sup̄ terram: et o-
 rauit. ut si fieri posset.
 transiret ab eo hora. Et
 dixit. Abba pater: oīa
 tibi possibilia sūt: trans-
 fer a me calicem hunc.
 Sed non qd̄ ego uolo:
 sed qd̄ tu. Et uenit: et i-
 uenit eos dormientes. Et
 ait petro. Symon dormis?
 Non potuisti una hora
 uigilare? Vigilate et ora-
 te: ut non intretis in tēp-
 tationē. Sp̄s quidē p̄mp-
 tus est: caro autē infirma.
 Et iterū abiens: orauit
 eundē sermonem dicens.
 Et reuersus denuo: inuenit
 eos dormientes. Erāt enī
 oculi eorū grauati: et ig-
 norabant quid responde-
 rent ei. Et uenit tertio:
 et ait illis. Dormite iā
 et requiescite. Sufficit.
 Venit hora: ecce tradetur
 filius hominis in manus
 p̄ccōrū. Surgite: eamus.
 Ecce qui me tradet: prope
 est. Et adhuc eo loquēte:
 uenit iudas scarioth un-
 de duodecim: et cū eo tur-
 ba multa cū gladijs et
 lignis: a sūmis sacerdo-
 tibus et scribis et senior-

bus missi. Dederat autē tra-
 ditor eius signū eis: dicens.
 Quemcūq; osculatus fue-
 ro ip̄e est: tenete eū et du-
 cite caute. Et cū uenisset:
 statim accedens ad eū ait.
 Rabbi. Et osculatus est
 eū. At illi manus inue-
 cerunt in eū: et tenuerūt
 eum. Unus autē quidā
 de circumstantib; educens
 gladiū: percussit seruū sū-
 mi sacerdotis: et ampu-
 tauit illi auriculam. Et
 rīdens ih̄s: ait illis. Tā-
 qm̄ ad latronē existis cū
 gladijs et lignis compre-
 hendere me? Cotidie ap̄d
 uos eram in templo do-
 cens: et non me tenuis-
 tis. Sed ut impleantur
 scripture. Tūc discipuli
 eius om̄s relinquentes
 eū: fugerūt. Adolescens
 autē quidā sequebatur
 illū: anuctus syndone
 sup̄ nudo: et tenuerūt eū.
 At ille reiecta syndone: nu-
 dus p̄fugit ab eis. Et ad-
 duxerūt ih̄m ad summū
 sacerdotem: et conuenerūt
 om̄s sacerdotes et scribe
 et seniores. Petrus autē
 a longe secutus est eum:
 usq; intro in atriu sūmi

117
sacerdotis: et sedebat cum ministris: et calefaciebat se ad ignem. Summi uero sacerdotes et omne consilium: querebant aduersus ihm testimonium ut cum morti traderent: nec inueniebant. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum: et conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes: falsum testimonium ferebant aduersus eum: dicentes. Quia nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templum hoc manu factum: et post triduum aliud non manu factum edificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium: interrogauit ihm dicens. Non respondes quicquam ad ea que tibi obiciuntur ab his? Ille autem tacebat: et nichil respondit. Rursus summus sacerdos interrogabat eum: et dixit ei. Tu es christus filius dei benedicti? Ihesus autem dixit ei. Ego sum. Et uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis: et uenientem in nu-

bibus celi. Summus autem sacerdos scandens uestimenta sua: ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum: et uelare faciem eius: et collapsum eum cedere. et dice ei. **Propheta.** Et ministri a lapidibus eum cedebant. Et cum esset petrus in atrio deorsum: uenit una ex ancillis summi sacerdotis. Et cum uidisset petrum calefacientem se: aspiciens illum ait. Et tu cum ihesu nazarenus eras. At ille negauit dicens. Neque scio neque noui quod dicas. Et exiit foras ante atrium: et gallus cantauit. Rursus autem cum uidisset illum ancilla: cepit dicere circumstantibus: quia hic ex illis est. Et ille iterum negauit. Et post pusillum: rursus qui stabant dicebant petro. Vere ex illis es: nam et galileus es. Ille autem cepit anathematizare et iurare: quia nescio hominem istum quem dicatis. Et

statim iterū gallus can-
tauit. Et recordatus est
petrus uerbi ihu qd dixe-
rat ei: p̄usq̄m gallus
cantaet bis: ter me nega-
bis. Et cepit flere. Et cō-
festim mane consiliū
facientes sūmi sacerdo-
tes cum senioribz et scri-
bis et uniuerso consilio:
vincientes ih̄m duxerūt
et tradiderunt pylato.
Et interrogauit eum py-
latus. Tu es rex iudeorū?
At ille r̄dens: ait illi.
Tu dīas. Et accusabāt
eū sūmi sacerdotes in
multis. Pylatus autē
interrogauit eū rursū:
dicens. Non r̄des quicq̄.
Vide in q̄ntis te accusāt.
Ihs autē amplius nichil
respondit: ita ut mira-
retur pylatus. Per diem
autē festū dimittere so-
lebat eis unū ex vinctis:
quemcūqz petissent. Erāt
autē qui dicebatur bar-
rabas. qui cū seditiosis
erat vinctus: qui in sedi-
tione fecerat homicidiū.
Et cū ascendisset turba:
cepit rogare sicut semp
faciebat illis. Pylatus
autē respondit eis: et di-

xit. Vultis dimittā uo-
bis regem iudeorū? Scie-
bat enī qd per inuidiā
tradidissent eum sūmi
sacerdotes. Pontifices at
concitauerūt turbā: ut
magis barrabā dimitte-
ret eis. Pylatus autē ite-
rū respondens: ait illis.
Quid ergo uultis ut fa-
ciam regi iudeorū? At illi
iterū clamauerūt. Crucifi-
ge eum. Pylatus autē
dicebat eis. Quid enim
mali fecit? At illi magis
clamabant. Crucifige
eum. Pylatus autē uo-
lens pplō satisfacere: di-
misit illis barraban: et
tradidit ih̄m flagellis
celū ut crucifigeretur. Mi-
lites autē duxerūt ih̄m
intro in atrium pretorij:
et conuocant totam cō-
hortem. Et induit eū
purpura: et iponūt ei
plectentes spineā coro-
nam: et ceperunt salu-
tare eū. Aue rex iudeorū.
Et percutiebant caput ei
arundine: et conspue-
bant in eū. Et ponētes
genua: adorabant eum.
Et postq̄ illuserunt ei:
exuerunt illū purpura:

et induerunt eum uestimenta
suis. Et educunt eum: ut
crucifigerent illum. Et an
gari auerunt pretereunte
quempiam symone cyre
neu uenientem de uilla:
patrem alexandri et rufi:
ut tolletet cruce eius. Et
pducunt eum in golgatha
locum: quod est interpretatum
caluarie locus. Et dabat
ei bibere myrratum uinum:
et non accepit. Et cruci
figentes eum: diuiserunt
uestimenta eius. sorte
mittentes super eis: quis
quid tolletet. Erat autem
hora tertia: et crucifixe
runt eum. Et erat titulus
cause illius inscriptus:
rex iudeorum. Et cum eo cru
cifixerunt duos latrones:
unum a dextris et alium
a sinistris eius. Et ad
pleta est scriptura: que
dicit. Et cum iniquus re
putatus est. Et pretereun
tes blasphemabant eum:
mouentes capita sua et
dicentes. Vah. qui destru
it templum dei et in tribus
diebus edificat: saluum
fac te metipsum: descendes
de cruce. Similiter et summi
sacerdotes illudentes ad

alterutrum cum scribis: dice
bant. Alios saluos fecit:
seipsum non potest saluum
facere. Christus rex israel
descendat nunc de cruce: ut
videamus et credamus. Et
qui cum eo crucifixi erant:
conuiciabantur ei. Et
facta hora sexta: tenebre facte
sunt super uniuersam terram:
usque in horam nonam.
Et hora nona: exclama
uit ihesus uoce magna di
cens. Heloy: heloy: lama
zabathani. Quod est
interpretatum. Deus meus:
deus meus: ut quid derel
iquisti me. Et quidam
de circumstantibus audien
tes: dicebant. Ecce hely
am uocat iste. Currens
autem unius et implens
spongiam aceto: circum
ponensque calamo: potum
dabat ei dicens. Sinite.
Videamus si ueniat he
lyas: ad deponendum eum.
Ihesus autem emissa uoce
magna: exspirauit. +
Et uelum templi scissum est
in duo: a sursum usque deorsum.
Videns autem centu
rio qui ex aduerso stabat:
quia sic clamans exspi
rasset: ait. Vere hic homo

filius dei erat. Erant autem
 et mulieres de longe aspi-
 cientes: inter quas erat
 maria magdalene et ma-
 ria iacobi minoris: et
 ioseph mater: et salome.
 Et cum esset in galilea se-
 quebantur eum et ministra-
 bant ei: et alie multe que
 simul cum eo ascenderant
 iherosolimam. Et cum iam
 sero factum esset: quia pas-
 ceue erat quod est ante sab-
 batum: uenit ioseph ab
 arimathia nobilis decu-
 rio: qui et ipse erat expec-
 tans regnum dei: et audac-
 ter introiit ad pylatum:
 et petiit corpus ihu. Pyl-
 atus autem mirabatur:
 si iam obisset. Et accersi-
 to centurione: interro-
 gauit eum si iam mortu-
 us esset. Et cum cognouis-
 set a centurione: donauit
 corpus ioseph. Ioseph autem
 mercatus syndonem: et de-
 ponens eum inuoluit syn-
 done: et posuit eum in mo-
 numento quod erat exci-
 sum de petra: et aduol-
 uit lapidem ad ostium
 monumenti. **Offi.**

Custodi me domine de ma-
 nu peccatoris et ab hominibus ini-

quis eripe me domine. **Sec.**

Sacrificia nos que
 suspensius ista re-
 starent. que me-
 dicanalibus sunt instituta
 ieiunijs. **Per dominum. Co.**

Quod cum me exercebantur
 qui sedebant in porta et in
 me psallebant qui bibebant
 uinum ego uero orationem me-
 am ad te domine tempus bene-
 placiti deus in multitudine
 misericordie tue. **Compl.**

Sanctificationibus
 tuis omnipotens deus et
 uicia nostra auer-
 tur: et remedia nobis
 eterna pueniant. **Per.**

Una **Supplm.**
 nos misericordia deus
 et ab omni surrep-
 tione uetustatis expur-
 get: et capaces sancte noui-
 tatis efficiat. **Per dominum.**



47



In nomine *fra. iij.*
 dñi omne genu flet
 tatur celestiu terref
 triu et infernoꝝ q̄a
 dñs fr̄is obediens usq; ad
 mortē. mortē autē crucis ideo
 dñs ih̄s xp̄us in gloriā est dei
 patris. *p.* Dñe exaudi orō
 nē meā: et clamor meus ad
 te ueniat. *Dñs uobiscū.*

*Dñe dñs vb. Ore
 Aetam⁹ gr̄. 16.*

Diximus. *Coll.*
 Hesta q̄s omp̄s
 deus: ut qui n̄is
 excessibus incessanter af
 fligimur: p̄ unigeniti
 tui passionem liberemur.
Qui tecū. It̄ ysaie p̄ph̄e.

*Hec dicit dñs deus.
 Dicit filie syō. Ecce
 saluator tuus uenit:
 et merces ei⁹ cum eo.
 Quis ē igit̄.*

Quis est iste qui
 uenit de edom
 tinctis uestib;
 de bolia? Iste formosus in
 stola sua: gradiens i ml
 titudine fortitudinis sue.
 Ego qui loquor iusticiā:
 et ppugnator sū ad sal
 uandum. Quare ergo ru
 b̄ū est indumentū tuū?
 et uestimenta tua sicut
 calcantiū in torculari?
 Torcular calcaui solus:
 et de gentibus non est uir
 mecum. Calcaui eos in
 furore meo: et conculcaui
 eos in ira mea. Et aspl̄us
 est sanguis eorū sup uesti



menta mea: et om̄ia in
 dumenta mea inq̄na
 ui. Dies enī ultionis in
 corde meo: annus retribu
 tionis mee uenit. Circum
 sp̄xi: et non erat auxilia
 tor. Quesiui: et non fuit
 qui adiuuaret. Et salua
 uit michi brachiū meū:
 et indignatio mea ipsa
 auxiliata est michi. An
 serationū dñi recordabor:
 laudē dñi annūsciam:
 sup om̄ib; que reddidit
 nobis dñs deus nost̄. *R.*

De auertas faciem tuā a
 puero tuo q̄m tribuloꝝ ueloc
 ter exaudi me. *v.* Saluū me
 fac deus q̄m intrauerūt aque
 usq; ad aiām meā infixus
 sū in limo p̄fundi et non est
 substantia. *Oremus.*

*Dñs vb. Ore
 Aetam⁹ gr̄.*

Deus qui *Coll.*
 pro nobis filiū
 tuū crucis pa
 tibili subire uoluisti:
 ut inimici a nobis expel
 leres p̄tatem: concede no
 bis famulis tuis: ut
 resurrectionis gr̄tām cō
 sequimur. *p̄ eundem. It̄o.*

In dieb; *ysaie p̄ph̄e.*
 illis: Dixit ysaias.
 Dñe: quis credi
 dit auditui n̄rō. et bra

chum dñi cui reuelatum
 est. Et ascendit sicut uir-
 gultu coram eo: et sicut
 radix de terra sitiens: et
 non est species ei neq; de-
 cor. Et uidimus eum et
 non erat aspectus: et desi-
 derauimus eum despectum
 et nouissimu uiroz: vi-
 tu doloru: et sciente infir-
 mitatem. Et quasi ab-
 sconditus uultus eius:
 et despectus. Unde nec re-
 putauimus eum. De lan-
 guores nros ipse tulit:
 et dolores nros ipse porta-
 uit. Et nos putauimus
 eum quasi leprosu et pau-
 sum a deo: et humiliat-
 tum. Ipe aute uulnera-
 tus est ppter iniquitate
 nras: attritus est ppter
 scelera nra. Disciplina
 pacis nre sup eum: et li-
 uore eius sanati sumus.
 Omnis nos quasi oues er-
 rauimus: unusquisq;
 in uiam sua declinauit.
 Et dñs posuit in eo iniq-
 tatem oim nrm. Obla-
 tus est quia ipse uoluit:
 et non apert os suum.
 Sicut ouis ad occasione
 ducetur: et quasi agn-
 coram tondente se obmu-

tescer: et non aperit os su-
 um. De angustia et de
 iudicio sublatus est. Ge-
 neratione eius quis enar-
 rabit. Quia abscisus est
 de terra uiuentiu. Ppter
 scelus ppli mei percussu eum:
 et dabit impios pro sepul-
 tura. et diuites pro morte
 sua: eo qd iniquitate no
 fecerit. nec dolus fuit i ore
 eius. Et dñs uoluit con-
 terere eum in infirmitate.
 Si posuerit pro pccō ani-
 ma sua: uidebit semen
 longeuu: et uoluntas do-
 mini i manu eius dirige-
 tur. Pro eo qd laborauit
 aia eius: uidebit et satu-
 rabitur. In scientia sua
 iustificabit ipse iustus ser-
 uis meos multos: et ini-
 quitates eoz ipse portab.
 Ideo dispercia ei plumos:
 et fortium diuidet spolia:
 pro eo qd tradidit in mor-
 tem aiam sua: et cu sce-
 leratis reputatus est. Et
 ipse pcca multoz tulit: et
 pro transgressorib; roga-
 uit. **titus.** Domine
 exaudi oronem mea et da-
 mor meus ad te ueniat. **v.**
 Non auertas faciem tua
 a me in quacūq; die tribu-

ut no puer. Dicit
 dñs omps.



lor: inclina ad me aure tuā.
V. In quacūq; die inuoca
 uero te uelociter exaudi me.
V. Quia defecerūt sicut fu
 mus dies mei et ossa mea
 sicut in fixo uo confixa st.
V. Paullus sū sicut fenu ex
 aruit cor meū quia oblitus
 sū manducare panē meū.
V. Tu exurgens dñe mise
 reberis syon quia uenit tē
 pus miserendi eius. **Passio**
dñi nri ihu xpi. S. lucā.

Salutatio nō dī
 sed tm. Passio

In illo tempe.
 Appropinqua
 bat dies festi
 azimoz. qui
 dicit pascha:
 et querebant pncipes sa
 cerdotū et scribe. qmodo
 ihm interficerent. Time
 bant uero plebem. Intra
 uit autē sathanas in iu
 dam qui cognominaba
 tur scarioth: unū de duo
 decim. Et abiit et locut
 est cū principib; sacerdo
 tum et magistratibus:
 quemadmodū illū tra
 deret eis. Et gauisi sūt:
 et pacti sunt pecuniam
 illi dare. Et spōspondit.
 Et querebat oportunita
 tem: ut traderet illū sine
 turbis. Venit autē dies



azimoz: in qua necesse
 erat occidi pascha. Et
 misit petru et iohannē:
 dicens. Euntes parate
 nobis pascha: ut man
 ducemus. At illi dixerūt.
Vbi uis paremus? Et
 dixit ad eos. Ecce intro
 euntibus uobis in ciui
 tatem: occurret uobis
 homo amphoram aq
 portans. Sequimū eū
 in domū in quā intrat:
 et dicetis pñfamilias
 domus. Dicit tibi ma
 gister. **Vbi est diuisorū.**
 ubi pascha cum discipu
 lis meis manducē. Et
 ipse uobis ostendet cena
 culū magnū stratū: et
 ibi parate. Euntes autē
 inuenerūt sicut dixit il
 lis: et parauerūt pascha.
 Et cū facta esset hora
 discubuit: et duodecim
 apli cū eo. Et ait illis.
 Desidero desiderauī hoc
 pascha manducare uo
 biscū: anteq; patiar. Di
 co enī uobis quia ex h
 non manducabo illud:
 donec impleatur in reg
 no dei. Et accepto calice
 grās egit: et dixit. Acci
 pite: et diuidite int uos.

Dico enim uobis quod non
 bibam de generatione
 uitae: donec regnum dei ue-
 niat. Et accepto pane
 gratias egit. et fregit: et de-
 dit eis dicens. Hoc est cor-
 pus meum: quod pro uobis
 datur. Hoc facite in mea
 commemoratione. Similiter
 et calicem postquam cena-
 uit dicens. Hic est calix
 noui testamenti in sa-
 guine meo: qui pro uobis ef-
 fundetur. Verumptamen
 ecce manus tradentis me:
 mecum est in mensa. Et
 quidem filius hominis: secundum
 quod diffinitum est uadit. Ve-
 rumptamen uel homini
 illi: per quem tradetur. Et
 ipsi ceperunt querere inter
 se: quis esset ex eis qui
 hoc facturum esset. Facta
 est autem et contentio inter
 eos: quis eorum uideretur esse
 maior. Dixit autem eis.
Reges gentium dominantur
 eorum: et qui potestatem ha-
 bent super eos beneficia uo-
 cantur. Vos autem non
 sic. Sed qui maior est in
 uobis: fiat sicut iunior.
 Et qui precessor est: sicut
 ministrator. Nam quis
 maior est. qui recumbit

an qui ministrat? Non
 ne qui recumbit? Ego autem
 in medio uirum sum: sicut
 qui ministrat. Vos autem
 estis qui permansistis me-
 cum in temptationibus
 meis. Et ego dispono uo-
 bis sicut disposuit michi
 pater meus regnum: ut e-
 datis et bibatis super men-
 sam meam in regno meo:
 et sedeat super thronos
 iudicantes duodecim tribus
 israel. At autem dominus symoni.
Symon ecce sathanas ex-
 petiuit uos: ut tribuaret
 sicut triticum. Ego autem ro-
 gaui pro te: ut non defi-
 ciat fides tua. Et tu ali-
 quando conuulsus: confina-
 frater tuos. Qui dixit ei.
Domine tecum patulus sum et in-
 carcerem et in mortem ire.
At ille dixit. Dico tibi pe-
 tre: non cantabit hodie
 gallus donec ter abneges
 nosce me. Et dixit eis.
Quando misit uos sine sac-
 culo et pera et calciamentis:
 nunquam aliquid defuit
 uobis? At illi dixerunt.
Nichil. Dixit ergo eis.
Sed nunc qui habet saccu-
 lum: tollat similiter et pe-
 ram. Et qui non habet:

vendat tunicā suam et
emat gladiū. Dico enī
uobis: qm̄ adhuc hoc qd̄
scriptū est oportet imple
ri in me. Et quod cū iniqui
tas deputatus est. Etenim
ea que sunt de me: finem
habent. At illi dixerunt.
Dñe ecce gladij duo hic.
At ille dixit eis. Satis est.
Et egressus: ibat scdm̄ cō
suetudinē in montē oli
uari. Secuti sūt autem
illū et discipuli. Et cū pue
nisset ad locum: dixit illi.
Orate ne intretis in tēp
tationē. Et ip̄e auulsus
est ab eis: qntū iactus est
lapidis. Et politis geni
bus: orabat dicens. Pa
ter: si uis transfer calicem
istum a me. Verūptamē
non mea uoluntas: sed
tua fiat. Apparuit autē
illi angelus de celo: con
fortans eū. Et factis in a
gona: prolixius orabat.
Et factis est sudor eius: si
cut gutte sanguinis de
currentis in terram. Et
cum surrexisset ab orō
ne: et uenisset ad disci
pulos suos: inuenit eos
dormientes p̄ tristitia.
Et ait illis. Quid dormitis?

Surgite: orate ne intretis
in temptationē. Adhuc
eo loquente: ecce turba
et qui uocabatur iudas
unus de duodecim antere
debat eos. Et appropinq̄
uit ad ihm: ut oscularet̄
eum. Ihs autē dixit illi.
Juda: osculo filiū hoīs
tradis? Videntes autē hi
qui circa ip̄m erant qd̄
futurū erat: dixerunt ei.
Dñe: si percussimus in
gladio? Et percussit unus
ex illis seruu p̄ncipis sa
cerdotū: et amputauit
auriculam eius dexterā.
Ridens autē ihs: dixit.
Sinite usq; huc. Et cum
tetigisset auriculā eius:
sanauit eū. Dixit autē
ihs ad eos. qui uenerāt
ad se p̄ncipes sacerdotū
et magistratus templi:
et seniores. Quasi ad
lacionē existis cū gladi
is et fustibus: cū cotidie
uobiscū fuerim in tēplo
non extendistis manus
in me. Sed hec est hora
ur̄a: et p̄t̄as tenebrarū.
Comphendentes autem
eū: dixerunt ad domum
p̄ncipis sacerdotū. Pe
trus uero sequebat̄ eum

alonge. Accenso autē igne in medio atrio: et circumfidentibus illis: erat petrus in medio eorum. Quē cū uidisset ancilla quēdam sedentē ad lumen: et eū fuisset intuita: dixit. Et hic cū illo erat. At ille negauit eū: dicens. Mulier non noui illum. Et post pusillū: alius uidens eū dixit. Et tu de illis es. Petrus uero ait. Ohō non sū. Et interuallo frō quasi hore unius: alius quidā affirmabat dicens. Vere et hic cū illo erat. Nam et galileus ē. Et ait petrus. Homo nescio quōd dicas. Et continuo adhuc illo loquente: cantauit gallus. Et conuersus dñs: respexit petrū. Et recordatus est petrus ubi dñi sicut dixerat: quod priusquā gallus canteret: ter me negabis. Et egressus foras petrus: fleuit amare. Et uiri qui tenebant illū: illudebant ei ceden-tes. Et uelauerūt eum: et percutiebant faciem ei: et interrogabant eū dicentes. Prophetiza: quis est qui te percussit? Et a-

lia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies: conuenerūt seniores plebis et principes sacerdotum et scribe: et duxerunt illum in consiliū suū dicentes. Si tu es xp̄us: dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixerō: non credetis michi. Si autē et interrogauō: non respondebitis michi neque dimittetis. Ex hoc autē erit filius hominis: sedens a dextris uirtutis dei. Dixerunt autē om̄s. Tu ergo filius dei es? Et ait. Vos dicatis quia ego sum. Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore ei? Et surgens om̄s multitudo eorū: duxerūt illū ad pylatū. Ceperūt autē accusare illū: dicentes. Hunc inuenimus subuertentē gentē nr̄am: et prohibentē tributa dari cesari: et dicentē se xp̄m regem esse. Pylatus autē interrogauit eū: dicens. Tu es rex iudeorū? At ille r̄idens: ait. Tu dicis. At autē pylatus ad principes sacerdotum: et turbas.

At illi dixerūt

157A1
Nichil inuenio cause in
hoc homine. At illi inua
lescebant dicentes. Com
mouit pplm: docens p
vniuersam iudea: et inci
piens a galilea usq; huc.
Pylatus autē audiens
galileam: interrogauit
si homo galileus esset.
Et ut cognouit qd de he
rodus potestate esset: remi
sit eū ad herodem: qui et
ip̄e iherosolymis erat illi
dieb; . Herodes autē uiso
ih̄u: gauisus est ualde.
Erat enī ex multo t̄p̄e
cupiens uidere eū: eo qd
audiret multa de illo:
et sperabat signū aliqd
uidere ab eo fieri. Intro
gabat autē illū multis
sermonib;. At ipse nichil
illi respondebat. Stabat
etiam p̄ncipes sacerdotū
et scribe: constanter accu
santes eum. Spreuit at
illū herodes cū exercitu su
o: et illudit indutū ueste
alba: et remisit ad pyla
tum. Et facti sūt amici
herodes et pylatus. in ip
sa die. Nam antea ini
mici erant adinuicē. Pyl
atus autē conuocatis
p̄ncipibus sacerdotū et

magistratib; et plebe:
dixit ad illos. Obtulit
tis michi hoīem hunc
quasi auertentē pplm:
et ecce ego coram uobis
interrogans. nullā cau
sam inuenio in hoīe isto:
ex hys in quib; eū accusa
tis. Sed neq; herodes. Nā
remisi uos ad illū: et ecce
nichil dignū morte actū
est ei. Emendatū ergo il
lū dimittā. Necessē autē
habebat dimittere eis p
diem festū unū. Excla
mauit autē simul unū
sa turba: dicens. Tolle
hunc: et dimitte nobis
barraban. Qui erat p̄t
seditionē quādam factā
in ciuitate et homicidi
um: missus in carcerem.
Iterū autē pylatus locu
tus est ad illos: uolens
dimittere ih̄m. At illi
succlamabant: dicētes.
Cruafige: cruafige illū.
Ille autē tercio dixit ad
illos. Quid enī mali fe
cit iste? Nullā causā mor
tis inuenio in eo. Corri
piam ergo illū et dimit
tam. At illi instabant
uocibus magnis: pos
tulantes ut cruafigēt.

Et inualescebant uoces
eoz. Et pylatus adiu-
dicauit fieri petitionem
eoz. Dimisit autē illis eū
qui ppter homicidiū et
seditionē missus fuerat
in carcerem: quē petebāt.
Ihm uero tradidit uolun-
tati eoz. Et cū ducerent
eū: apprehenderūt symonē
quemdā cyrenensē ueni-
entē de uilla: et imposue-
rūt illi crucē portare post
ihm. Sequebatur autē
illū multa turba ppli
et mulierū: que plange-
bant et lamentabantur
eum. Conuulsus autē ad
illas ihs: dixit. filie ihe-
rusalem nolite flere sup
me. sed sup uos ipsas fle-
te: et sup filios uros. **Q**
niam ecce ueniunt dies
in quib; dicent. Beate
steriles et ventres que nō
genuerūt: et ubera que
non lactauerūt. Tunc
incipient dicē montib;
cadite sup nos: et collib;
operite nos. Quia si in
uixidi ligno hec faciūt:
in arido quid fiet? Duce-
bantur autē et alij duo
neq; cum eo: ut interfice-
rentur. Et postq; uene-

nūt in locū qui uocatur
caluaria: ibi crucifixerūt
eū. Et latrones: unū a
dextris: et alterū a sinis-
tris. Ihs autē dicebat.
Pater dimitte illis. Nō
enī sciunt quid faciunt.
Diuidentes uero uestimē-
ta eius: miserūt sortes.
Et stabat pplis expectās.
Et deridebant illū cū eis
pncipes: dicentes. Alios
saluos fecit: se saluū fa-
ciat: si hic est xps dei elec-
tus. Illudebant autē ei
et milites accedentes: et
acetū offerentes illi. dicen-
tes. Si tu es rex iudeoz:
saluū te fac. Erat autē
et superscriptio scripta su-
per illū: litteris grecis et
latinis et hebraicis: hic
est rex iudeoz. Unus at
ex hys qui pendeabant
latronib; blasphema-
bat eū dicens. Si tu es
xpus: saluū fac temet-
ipm et nos. Respondens at
alter: increpabat eū di-
cens. Neq; tu times deū:
q; in eadem dampnatio-
ne es. Et nos quidē ius-
te. Nam dignā fr̄is reci-
pinus. Hic uero nichil
mali gessit. Et dicebat

et

ad ihm. Dñe memento
mei: cū ueneris in regnū
tuū. Et dixit illi ihesus.
Amen dico tibi: hodie
mecū eris in paradiso.
Erat autē fere sexta hora:
et tenebre facte sūt in uniu
sa terra: usq; in horam
nonā. Et obscuratus ē
sol. Et uelū templi sac
rum est: et medium. Et
clamans uoce magna
ih̄s: ait. Pater: in man
tuas cōmendo sp̄m meū.
Et hec dicens expirauit.
Videns autē centurio
qd̄ factū fuerat: glorifica
uit deum dicens. Vere hic
homo iustus erat. Et oīs
turba eorū qui simul ade
rant ad spectaculū istud:
et uidebant que fiebāt:
pauentes pectora sua re
uertebantur. Stabant
autē omīs noti eius a lon
ge: et mulieres que secu
te erant eū a galilea: hec
videntes. Et ecce uir noīe
ioseph. qui erat decurio:
uir bonus et iustus: hic
non consenserat consili
o et actibus eorū: ab ari
matha ciuitate iudee:
qui expectabat et ipse
regnū dei. Hic accessit ad

Euang.

p̄latum: et petiit corp⁹
ih̄i. Et depositū in uol
uit syndone: et posuit
eum in monumento
exciso. In quo nondum
quisq; positus fuerat.

Domine exaudi ora
tionē meā et clamor meus ad

te pueniat. **Sc̄pt̄.**

Divifica nos mi
sericors deus. ut
eccle tue p̄ces que tibi gra
te sūt pia munera deferen
tes. si aut expiatis menti
bus gratiores. **Per. Cō.**

Potum meū cū fletu tem
perabam quia deuans alli
sisti me. et ego sicut fenū arui.
tu autē dñe in eternū p̄mane:
tu exurgens misereberis h̄o
quia uenit temp⁹ miserendi

Argue Cōpl. ei?

Insensibus n̄is Om
nipotens deus:
ut p̄ temporalem filij tu
mortē quā mysteria ue
neranda testantur: uitā
nobis dedisse p̄petuam
confidamus. **De eundem.**

Sup populū.

Respice q̄s dñe su
per hanc fami
liam tuam: pro qua do
mus noster ih̄s xp̄us
non dubitauit manib;

gaudiam

tradi nocentiū: et crucis
subire tormentū. Qui ter.



In cena domini.

DOS autē glari
oportet in cruce
dñi nři ihu xpi
in quo est salus vita et resur-
rectio nra per quē saluati et
liberati sumus. *ps.* Deus
miseretur nři et benedicat
nobis: illuminet uultū su-
um sup nos et miserat nři.

DEUS a quo *Coll.*
et iudas reatus
sui penā. et con-
fessionis sue latro p̄mū
sumpsit: concede nobis
tue p̄piciationis effectū:
ut sicut in passione sua

ih̄s xp̄us dñs noster diuisa
utrisq; intulit stipendia
meritor: ita nobis abla-
to uetustatis errore. resur-
rectionis sue grām largi-
atur. Qui ter. *Ad corin.*

HIES: Con *thios.*
uentibus uobis
in vniū: iam nō
est dñicā cenā manduca-
re. Unusquisq; enī: suam
cenā presumit ad mandu-
candū. Et alius quidem
esurit: alius autē ebruis
est. Numq; domos non
habetis ad manducan-
dū et bibendū. aut ecclesi-
am dei contempnitis et
confunditis eos qui nō
habent. Quid dicā uo-
bis. Laudo uos: in hoc nō
laudo. Ego enī accepi a
dño: qđ et tradidi uobis.
Qm̄ dñs ih̄s in qua noc-
te tradebatur accepit pa-
nē: et grās agens fregit
et dixit. Accipite: et man-
ducate. Hoc est corpus
meū qđ pro uobis trade-
tur: hoc facite in meam
cōmemorationē. Similiter
et calicem: postq; cenauit
dicens. Hic est calix no-
uū testamentū in meo
sanguine: hoc facite quo-

bibitis

vel

cienscūq; sumitis i meā
cōmemorationē. Quo
cienscūq; enī manduca
bitis panē hūc et calicē
bibitis: mortē dñi annū
ciabitis donec ueniat. Ita
q; quicūq; manducauit
hūc panem: et biberit ca
licem dñi indigne: reus
erit corporis et sanguis dñi.

Propter autē seipm homo.
et sic de pane illo edat: et
de calice bibat. Qui enī
manducat et bibit idig
ne: iudiciū sibi mādu
cat et bibit: non diuidi
cans corpus dñi. Ideo ml
ti inter uos infirmi et i
becilles: et dormiūt ml
ti. Qd si nosmetipos di
iudicaremur: nō utiq;
iudicaremur. Dū iudi
camur autē a dño corri
pimur: ut nō cū hoc mū
do dampnemur. *Rm.*

Cristus scūs est pro nobis
obediens usq; ad mortē mor
tem autē crucis. *v.* Propter
qd et deus exaltauit illū et
dedit illi nomen qd est sup
omne nomen. *Scdm iohes.*

In illo tempe: Ante
diem festum pas
che. Sciens ihesus
quia uenit hora eius.

ut transeat ex hoc mūdo
ad patrem: cū dilexisset
suos qui erant i mūdo:
in finem dilexit eos. Et
cena scā cū dyabolus iā
nūlisset in cor: ut traderet
eū iudas symonis scario
this: sciens quia omnia
dedit ei pater in manus:
et quia a deo exiit et ad
deum uadit: surgit a ce
na et ponit uestimenta
sua. Et cū accepisset lin
theū: pāxit se. Deinde
misit aquā in peluum:
et cepit lauare pedes dis
cipulor: et extergē lin
theo quo erat pāctus.

Venit ergo ad symonē
petrū: et dicit ei petrus. Do
mine: tu michi lauas
pedes: Rndit ihs: et dicit
ei. Qd ego facio: tu nes
cis modo. Scies autē post
tea. Dicit ei petrus. Non
lauabis michi pedes in
eternū. Rndit ei ihs. Si
non lauero te: non ha
bebis ptem meū. Dicit
ei symon petrus. Dñe
non tantū pedes meos:
sed et manus et caput.
Dicit ei ihs. Qui lotus
est non indiget nisi ut
pedes lauet: sed est mūd

totus. Et uos mundi estis: sed non omnis. Sciebat enim quisquam esset qui traderet eum: propterea dixit. non estis mundi omnis. Postquam ergo lauit pedes eorum. et accepit uestimenta sua: cum recubisset iterum: dixit eis. Satis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magister et domine: et bene dicatis. Sum etenim. Si ergo ego laui uos pedes dominus et magister: et uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis: ut quemadmodum ego feci uobis: ita et uos faciatis. *Off.* Dextera domini fecit uirtutem dextera domini exaltauit me non moriar sed uiuam et narrabo opera domini.

+ etne

Iose tibi quod sancte pater omnipotens deus sacrificium nostrum reddat acceptum. qui discipulis suis in sui commemoratone hoc fieri hodierna traditio monstrauit. Ihesus christus dominus noster. Qui tecum.

no de curie

Intra canonem. **Q**uoniam communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo dominus

uoster ihesus christus pro nobis est traditus. Sed et memoriam uenerantes. In primis glorie semper uirginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri ihesu christi. Sed et beatorum. *Intra actionem.*

Hinc igitur oblationem seruitutis nostre. sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus ob diem in qua dominus noster ihesus christus tradidit discipulis suis corpus et sanguis sui mysteria celebranda. *Oratio domine ut pl.*

Qui pridie *Intra act.* quoniam pro nostra omnium salutem pateretur hoc est hodie. *Co.* **D**ominus ihesus postquam cenauit cum discipulis suis lauit pedes eorum et ait illis scitis quid fecerim uobis ego dominus et magister exemplum dedi uobis ut et uos ita faciatis.

Refecti in *Compl.* talibus alimentis quod domine: ut quod tempore nostre mortalitatis exequamur: immortalitatis tue munere consequamur. *Deo dominum nostrum ihesu christum filium tuum. qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus.*

deus noster

+ Dne hostie seruent. vna in mstrum reserabit



In pasceue dñi. Et sñ titulo.

In tribulatione
sua mane consur-
gent ad me. Veni-
te et reuertamur ad
dñm: quia ipse cepit et sal-
uabit nos: pauerit et cura-
bit nos. **V**iuificabit nos
post duos dies: in die ter-
cia suscitabit nos: et ui-
uemus in conspectu eius.
Sciamus sequemurq: ut
cognoscamus dñm. Quia
diluuiū pparatus est e-
gressus eius: et ueniet quasi

lo

ymbes nobis tempora
neus et serotinus terre.
Quid faciam tibi effra-
ym. quid faciam tibi iu-
da: Misericordia ura quasi
nubes matutina: et quasi
ros mane ptransiens.
Opter hoc dolauit in pro-
phetis: et occidi eos i uer-
bis oris mei: et iudicia
mea quasi lux egredien-
tur. Quia misericordiam
uolui et non sacrificiū:
et scienciam dei plusqum
holocausta. **Tractus.**

Domine audiui auditū
tuum et timui considerauit opa
tua et erpauit. **V.** In medio
duorū animalium innotescens
dū appropinquauerūt aui
cognoscens dū aduenerit tē-
pus ostendens. **V.** In eo dū
conturbata fuit aīa mea
in ira misericordie memor es.
V. Deus a libano ueniet et
scūs de monte umbroso et
condenso. **V.** Openit celos
maiestas eius et laudis ei
plena est terra. **Hic dicit**

ii
cū

Oremus tñ. Non dicit. **Flec-**
tamur gen. **Coll.**
Deus a quo et iu-
das reatus sui
pena. et confessionis su-
e latro p̄mūi sumpsit.

Dñs vol

concede nobis tue p̄p̄ia-
tionis effectū: ut sicut ī
passione sua ih̄s xp̄us
dñs noster diuisa utrisq;
intulit stipendia merito-
rii: ita nobis ablato ue-
tustatis errore. resurrectio-
nis sue gr̄am largiati.

Qui tecum. *Textus scda.*

In diebus illis: Dix-
it dñs ad moysen
et aaron in terra
egypti. Mensis iste uob̄
p̄ncipiū mensū: p̄-
m̄us erit in mensib; an-
ni. Loquim̄ ad uniuersū
ceterum filiorū israel: et di-
cite eis. Decima die me-
sis huius: tollat unus-
quisq; agnū p̄ familia
et domos suas. Simautē
minor est numerus ut
sufficere possit ad uescē-
dū agnū: assumet uic-
niū suū qui iunctus est
domui eius: iuxta nume-
rū animarū que sufficere
possūt ad esum agni.

Er̄t enī agnus absq; ma-
cula: masculus annūis.
Iuxta quē ritū tolletis et
hedū: et seruabitis eū
usq; ad q̄rtamdecimam
diem mensis huius. Im-
molabitq; eū uniuersa

multitudo filiorū isrl' ad
uesp̄m: et sument de sā-
guine ac ponēt sup utriū-
q; postem: et in sup̄lumi-
nariis domorū: in quibus
comedent illū. Et edent car-
nes nocte illa assas igni:
et azunos panes cū lactu-
cis agrestib;. Non comede-
tis ex eo crudū quid nec
coctū aqua: sed assū tan-
tum igni. Caput cū pe-
dibus eius et intestinis
uorabitis: et os non con-
fringetis: nec remanebit
ex eo quicq; usq; mane.

Si quid residui fuit: igne
comburetis. Sic autē cō-
edētis illū. Venes ur̄s ac-
cingetis: calciamenta
habebitis in pedibus: te-
nentes baculos ī manib;
et comedētis festinantes.

Est enī phasē: idest transi-
tus domini. *Ps.*

Sipe me dñe ab ho-
mine malo a uero
iniquo libera me. *V.* Qui
cogitauerunt malicias in
corde tota die constituebant
prelia. *V.* Auertunt linguas
suas sicut serpentes uenenū
aspidū sub labijs eorū. *V.*
Custodi me dñe de manu
p̄ccōis et ab hominib; iniqs

ū

et

libera me. **V.** Qui cogitauerunt supplantare gressus meos absconderunt supbi laqueum michi. **V.** Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis iuxta iter scandalum posuerunt michi. **V.** Dixi domino deus meus tu exaudi domine uocem orationis mee. **V.** Domine domine uirtus salutis mee obumbra caput meum in die belli. **V.** Ne tradas me domine a desiderio meo peccatori cogitauerunt aduersum me ne derelinquas me ne unquam exalterentur. **V.** Caput arcus eorum labor labiorum ipsorum operiet eos. **V.** Verumptamen iusti confitebuntur nomini tuo et habitabunt recti cum uultu tuo. Non dicitur Dominus uobiscum. **Passio domini nostri ihesu christi: Secundum iohannem.**

Uer passio si tm
Egressus est

In illo tempore: Egressus est ihesus cum discipulis suis trans torrentem cedron ubi erat ortus: in quem introiit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum: quia frequenter ihesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem: et pontificibus

et pharisaeis ministros: uenit illuc cum lanternis et facibus et armis. Ihesus itaque sciens omnia que ventura erant super eum: processit et dicit eis. Quem queritis? Responderunt ei. Ihesum nazarenum. Dicit eis ihesus. Ego sum. Stabat autem et iudas qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum et ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. Quem queritis? Illi autem dixerunt. Ihesum nazarenum. Respondit ihesus. Dixi uobis quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Ut impletur sermo quem dixit: quia quos dedisti michi non peridi ex eis quemquam. Symon ergo petrus habens gladium eduxit eum: et percussit pontificis seruum: et abscidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen serui malcus. Dicit ergo ihesus petro. Mitte gladium in uaginam. Calicem quem dedit michi pater non bibam illum? Cohors ergo et tribunus: et ministri iudeorum comprehenderunt

ihm: et ligauerunt eum.
 Et adduxerunt eum ad annam primum. Erat autem socer cayphe: qui erat pontifex anni illius. Erat autem cayphas qui consilium dederat iudeis: quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem ihm symon petrus: et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici: et introiit cum ihu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici: et dixit ostiari: et introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla ostiana. Numquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. Non sum. Stabant autem serui et ministri ad prunas: quia frigus erat: et calefactebant se. Erat autem et cum eis petrus: stans et calefactiens se. Pontifex ergo interrogauit ihm de discipulis suis: et de doctrina eius. Respondit ei ihesus. Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga et in tem

plo quo omnis iudeus conueniunt: et in occulto locutus sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt: quod locutus sum ipsis. Ecce hyscuius: que dixerim ego. Hec autem cum dixisset: unus assistens ministrorum dedit alapam ihu dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei ihesus. Si male locutus sum: testimonium prohibe de malo. Si autem bene: quid me cedis? Et misit eum annam ligatum: ad caypham pontificem. Erat autem symon petrus: stans et calefactiens se. Dixerunt ergo ei. Numquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit. Non sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis: cognatus eius cuius abscondit petrus ancilla. Nonne ego te uidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit petrus. Et statim gallus cantauit. Adducunt ergo ihm ad caypham in pretorium. Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in pretorium: ut non contaminarentur: sed manducarent pascha. Exiit

ergo pylatus ad eos foras:
et dixit. Quam accusationem
affertis aduersus hominem
hunc? **R**esponderunt: et dixe-
runt ei. Si non esset hic
malefactor: non tibi tra-
didissemus eum. Dixit ergo
eis pylatus. Accipite eum
uos: et secundum legem ue-
stram iudicate eum. Dixe-
runt ergo ei iudei. Nobis
non licet interficere quemquam.
Ut sermo ihesu impleteret
quem dixit: significans
qua morte esset mortu-
rus. Introiit ergo iterum
in pretorium pylatus: et
uocauit ihesum: et dixit ei.
Tu es rex iudeorum? **E**t res-
pondit ihesus. A temetipso
hoc dicis: an alij tibi
dixerunt de me? **R**espondit pyl-
latus. Numquam ego iude-
us sum? Gens tua et po-
tiffices tradiderunt te mi-
hi. **Q**uid fecisti? **R**espondit
ihesus. Regnum meum non
est de hoc mundo. Si ex hoc
mundo esset regnum meum:
ministri mei utique decer-
tauerunt ut non traderent
iudeis. Nunc ergo regnum
meum non est hinc.
Dixit itaque ei pylatus.
Ergo rex es tu? **R**espondit

ihesus. **T**u dicis: quia rex
sum ego. Ego in hoc na-
tus sum. et ad hoc ueni
in mundum: ut testimonium
perhibeam ueritati.
Omnis qui est ex ueri-
tate: audit uocem meam.
Dixit ei pylatus. **Q**uid
est ueritas? **E**t cum hoc dix-
isset: iterum exiit ad iude-
os: et dixit eis. Ego nul-
lam causam inuenio in
eo. **E**st autem consuetudo
uobis: ut unum dimittam
uobis in pascha. **V**ultis
ergo dimittam uobis regem
iudeorum? **C**lamauerunt
tunc omnes dicentes. **N**o
hunc: sed barraban.
Erat autem barrabas la-
tro. **T**unc ergo apprehen-
dit pylatus ihesum: et fla-
gellauit. **E**t milites plec-
tentes coronam de spinis:
imposuerunt capiti eius:
et ueste purpurea circum-
dederunt eum. **E**t ueniebant
ad eum: et dicebant. **A**ue
rex iudeorum. **E**t dabant
ei alapas. **E**xit iterum
pylatus foras: et dixit
eis. **E**cce adduco eum uobis
foras: ut cognoscatis quoniam
in eo nullam causam in-
uenio. **E**xiit ergo ihesus

portans spineā coronā:
 et purpureū uestimen-
 tum. Et dicit eis. Ecce
 homo. Cum ergo iudis-
 sent eū pontifices et mī-
 stri: clamabant dicentes.
 Crucifige: crucifige eum.
 Dicit eis pylatus. Accipi-
 te eū uos: et crucifigite.
 Ego enī non inuenio in
 eo causam. Rūderunt ei
 iudei. Nos legem habe-
 mus: et scdm legem de-
 bet mori: quia filiū dei
 se fecit. Cū ergo audis-
 set pylatus hunc sermonē:
 magis timuit. Et īgre-
 ssus est iterū pretorium:
 et dicit ad ihm. Unde es
 tu? Ihs aut rrsūm nō
 dedit ei. Dicit ergo ei py-
 latus. Michi non loque-
 ris? Nescis quia potes-
 tatem habeo crucifige-
 re. et pstatem habeo di-
 mittere te? Rndit ihus.
 Non habes pstatem ad-
 uersū me ullā: nisi tibi
 esset datum desup. Pptē
 a qui tradidit me tibi:
 maius pōm habet. Ex-
 inde querebat pylatus
 dimittere eū. Iudei aut
 clamabant dicentes.
 Si hūc dimittis: nō es

amicus cesaris. Omīs
 qui se regem facit: contē-
 dit cesari. Pylatus g-
 cū audisset hos sermone-
 adduxit foras ihm. et se-
 dit pro tribunali in loco
 qui dicitur licostratus:
 hebraice gabatha. Erat
 autē pasceue pasche: ho-
 ra q̄li sexta. Et dicit iudei.
 Ecce rex uester. Illi aut da-
 mabant. Tolle tolle: cru-
 cifige eum. Dicit eis py-
 latus. Regem uōm cruci-
 figam? Rnderunt pon-
 tifices. Non habemus
 regem nisi cesarem. Tunc
 ergo tradidit illū eis: ut
 crucifigetur. Susceperūt
 autē ihm: et eduxerunt.
 Et baiulans sibi crucem:
 exiit in eū qui dicitur
 caluariae locum. hebraice
 autē golgatha: ubi eum
 crucifixerunt: et cum eo
 alios duos hunc et hunc:
 mediū autem ihm. Scp-
 sit autē et tytulū py-
 latus: et posuit sup crucē.
 Erat autē scriptum: ihs
 nazarenus rex iudeorū.
 Hunc ergo tytulū multi
 legerunt iudeor: quia
 prope ciuitatem erat lo-
 cus: ubi crucifixus ē ihs.

UTRA

Erat autē scriptū hebraice: grece et latine. Dicebat ergo pylato pontifices iudeorū. Noli scribere rex iudeorū. sed quia ipse dixit rex sū iudeorū. Respondit pylatus. Quid scripsi: scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperūt uestimenta eius et fecerūt quatuor ptes: vnicuique militi ptem. Et tunicam. Erat autē tunica inconsutilis: desup contexta p totum. Dixerunt ergo ad inuicē. Non sandamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sūt uestimenta mea sibi: et in ueste meā miserūt sortem. Et milites quidē hec fecerūt. Stabant autē iuxta crucē ihu nri eius: et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cū uidisset ergo ih̄s matrem: et discipulū stantē quē diligebat: dicit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eam discipulus in sua. Postea

sciens ih̄s quia iā omnia consummata sūt: ut consummaretur scriptura dicit. Sitio. Vas ergo positum erat. aceto plenū. Illi autē spongiā plenā aceto. ylopo circumponētes: obtulerunt ori eius. Cū ergo accepisset ih̄s acetū: dixit. Consummatum est. Et inclinato capite: tradidit sp̄m. + Iudei ergo quoniam pasceue erat: ut non remanerent in cruce corpora sabbo: erat enim magnus dies ille sabbi: rogauerūt pylatum ut frangerentur eorū crura: et tollerentur. Venērūt ergo milites: et p̄mi quidē fregerūt crura: et alterius qui crucifixus est cū eo. Ad ih̄m autē cum uenissent: ut uiderunt iam eū mortuū: nō fregerūt eius crura: sed unus militū lancea lat⁹ eius apuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui uidit testimoniū phibuit: et uerū est eius testimoniū. Et ille scit quia uera dicit: ut et uos credatis. Facta sūt enī hec: ut scriptura im

mag

ai

pleretur. Os nō cōmūue-
tis ex eo. Et iterū alia sc̄p-
tura dicit. Videbūt in q̄
transfixerunt. Post hec
autē rogauit pylatum
ioseph ab arimathia :
eo qd̄ esset discipulus
ih̄u. occultus autē p̄p̄t
metū iudeor̄ : ut tolleret
corpus ih̄u. Et p̄misit
pylatus. Venit ergo et
tulit corpus ih̄u. Venit
autē et n̄y cotemuis qui
uenerat ad ih̄m nocte
p̄mū : ferens nurturā
myrrē et aloes quasi li-
bras centū. Acceperunt
ergo corpus ih̄u. et liga-
uerūt illud linteis cū
aromatib; : sicut mos
est iudeis sepelire. Erat
autē in loco ubi crucifix-
us est ortus : et in orto
monumentū nouū : ī
quo nondū quisq̄ posi-
tus fuerat. Ibi ergo p̄p̄t
pascuē iudeor̄ : quia
iuxta erat monumentū
posuerunt ih̄m. Finita
passione accedat sacerdos
ad dextrum cornu altaris.
Et dyaconus ad gradum
altaris. Et incipit sacerdos
sic sicut sequitur. Oratio
nes sollempnes.

Oremus dilectis-
simi nobis pro
ecclia sc̄a dei : ut
eam deus et dñs
noster pacificare et custodi-
re dignetur toto orbe ter-
rarum : subiciens ei prin-
cipatus et potestates : det
q; nobis quietā et tran-
quilla uitā de gentibus
glorificare deū patrem
om̄ipotentē. **Oremus.**

Flectam' genua.
Omp̄s sempiternē
deus qui gl̄am
tuā om̄ib; in xp̄o genti-
bus reuelasti : custodi o-
pera misericordie tue : ut ecclē-
sia toto orbe diffusa : sta-
bili fide in confessione
tui nōis p̄seueret. **De eūde.**

tua

locute

Oremus et pro be-
atissimo papa
n̄ro : N. ut deus
et dñs n̄r qui elegit eū
in ordinē ep̄atus : sal-
uū atq; incolumē cul-
todiat ecclē sue sc̄e ad
regendū ppl̄m sc̄m dei.
Orem' flectamus gen̄.

Omp̄s sempiternē
deus cuius iudi-
cio uniuersa fū-
dantur : respice p̄p̄cius
ad p̄ces n̄ras : et electum

mi

Te

nobis antistitem tua pie-
tate conserva: ut xpia-
na plebs que te governa-
tur auctore. sub tanto po-
tifice credulitatis sue me-
ritis augetur. **Oratio.**

Oremus et pro om-
nibus epis: pres-
biteris: dyaconi-
bus: subdyaconibus:
acolitibus: exorcistis: lec-
toribus: ostiariis: con-
fessoribus: uirginibus:
uiduis: et pro omni populo
scilicet dei. **Oremus. Flectamur gen.**

Omnipotens sempiternus
deus cuius spiritu
totum corpus ec-
clesie sanctificatur et regitur:
exaudi nos pro uniuersis
ordinibus supplicantes:
ut gratie tue munere ab
omnibus tibi gradibus
fideliter seruiatur. **Oratio.**
in unitate eiusdem spiritus sancti.

Te

Oremus et pro christiana
uillimo impera-
tore nostro: ut deus
et dominus noster subditas illi fa-
ciat omnes barbaras na-
tiones: ad nostram perpetuam
pacem. **Oremus.**

Oratio.

et

Omnipotens **Flectamur gen.**
sempiternus in cuius
manu sunt omnes

potestates et omnia iura reg-
norum: respice ad romanum
benignus imperium: ut
gentes que in sua ferta-
te confidunt: potentie tue
dextera comprimantur. **Oratio.**

christianum

Te

Oremus et pro ca-
thecumis nostris:
ut deus et dominus noster
adaperiat aures precandi-
orum ipsorum: ianuamque
misericordie: ut per lauacrum
regenerationis accepta
remissione omnium peccatorum:
et ipsi inueniantur in
christo ihesu domino nostro. **Oremus.**

Omnipotens **Flectamur genua.**
sempiternus deus qui
ecclesiam tuam
noua semper prole fecun-
das: auge fidem et intel-
lectum cathecumis nostris:
ut renati fonte baptis-
matis: adoptionis tue
filiis aggregentur. **Oratio.**

Te

Oremus dilectis-
simi nobis dei
patrem omnip-
otentem: ut cunctis mun-
di purget erroribus:
morbos auferat: famem
depellat: aperiat carceres:
uincula dissoluat: pe-
grinantibus reditum:
infirmantibus sanita-

ad pacem

tem: nauigantibus portum salutis indulgeat.

Oremus. **Flectamus genua.**

Omnipotens sempiternus deus meliorum consolatio: et laborantium fortitudo: pueniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium: ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per dominum nostrum.

Oremus et pro hereticis et schismaticis: ut deus ac dominus noster eruat eos ab erroribus uniuersis: et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. Oremus. **Flectamus genua.**

Omnipotens sempiternus deus qui saluas omnes et neminem uis perire: respice ad animas dyabolica fraude deceptas: ut omni heretica prauitate deposita errantium corda recipiscant: et ad ueritatis tue redeant unitatem. Per dominum.

Oremus et pro perfidis iudeis: ut deus et dominus noster

auferat uelamen de cordibus eorum: ut et ipsi agnoscant christum uerum dominum nostrum. Oremus. **Hic non dicitur.**

Flectamus genua. **O**mnipotens sempiternus deus qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras quas pro illius populi obcecatione deferimus: ut agnita ueritatis tue luce que christus est. a suis tenebris eruantur. Per eundem dominum.

Oremus et pro paganis: ut deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum: et relictis ydolis suis conuertantur ad deum uerum et uerum. et unicum filium eius uerum christum deum et dominum nostrum: cum quo uiuit et regnat cum spiritu sancto deus. per omnia secula seculorum. Oremus.

Flectamus genua. **O**mnipotens sempiternus deus qui non mortem peccatorum. sed uitam sempiternam inquis: suscipe propitius orationem nostram: et libera eos ab ydolorum cultura: et aggrega ecclesie tue sancte ad laudem et gloriam nostris

in unitate spiritus sancti

Let

*dat totū usq; ad
sab^m s^m m^m d^m p^m c^m f^m
¶ D^m q^m ut nos
serua^m cccxl.*

tui. **D**ñm **C**etis more
soluto pactis. et patena p^m
magna diligencia excussa
cū digito sup calicē. expandit
sacerdos manus et orat in si
lento pro omī scā ecclia dices.

Oremus. **C**oll.
Ietate tua q^s do
mine n^orū sol
ue uincula delictorū. et in
tercedente beata et glōsa
semp uirgine dei genitrice
maria cum omībus scīs
tuis. pontifices. et abba
tes n^ors. seu omīs congre
gationes illis cōmissas.
reges et p^mncipes n^ors. et
omīnē pplm xpianū. et
nos famulos tuos atq;
locū istū in omī scitate
custodi: omīs q; affinita
te ac familiaritate nob
conuictos a uicis purga:
ūtutibus illustra: pacē
et salutē nobis tribue.
hostes uisibiles et inuisi
biles remoue. carnalia
desideria repelle. aere
salubrem indulge. in
uicis n^ors caritate largi
re. et omīb; fidelibus tuis
uiuis et defunctis ī terra
uuentū uitā et requiē
eternā concede. **D**e eundē
dñm n^om ihm xpm fi

lūū tuū. qui tecū uiuit
et regnat in unitate sps
scī deus p omīa secula
seculorū. **H**ac orōne cū
sua conclusionē completa.
Sacerdos manib; expansis
incipit dicendo uoce submis
sa. ita tamē qd possit audiri.

Oremus. **D**recep
tis salutaribus
moniti. et diuina
institutione formati aude
mus dicere. **P**ater n^ost
qui es in celis sanctificetur
nomē tuū. Adueniat reg
nū tuū. fiat uoluntas tua
sicut in celo et in terra. **P**a
nem n^om cotidianū da no
bis hodie. Et dimitte nob
debita n^ora sicut et nos di
mittimus debitorib; n^ors.
Et ne nos inducas in temp
tationē. Sed libera nos a
malo. Amen. **O**ratio.

Libera nos q^s
dñe ab omīb;
malis p^mteritis
p^msentibus et futuris. et
intercedente beata et glo
riosa sempq; uirgine dei
genitrice maria. et b^mis
aplis tuis. **P**etro.
et paulo atq; andrea cū
omīb; sanctis. da p^mpi
ctus pacem in diebus

Sabbato sancto. I. prima.

In principio creavit deus celum et terram. Terra autem erat inanis et vacua: et tenebre erant super faciem abyssi: et spiritus dei ferebatur super aquas. Dixitque deus. fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem quod esset bona: et divisit lucem a tenebris. Appellavitque lucem diem: et tenebras noctem. factusque est vespere et mane dies unus. Dixit quoque deus. fiat firmamentum in medio aquarum: et dividat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: divisitque aquas que erant sub firmamento: ab his que erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocavitque deus firmamentum celum. Et factum est vespere et mane: dies secundus. Dixit vero deus. congregentur aque que sub celo sunt in locum unum: et appareat arida. Et factum est ita. Et vocavit deus aridam terram: congregationesque aquarum appellavit maria. Et vidit

nostris. ut ope misericordie tue adiuti. et a peccato sumus semper liberi. et ab omni perturbatione securi. Percunde dominum nostrum ihesum christum filium tuum. qui tecum vivit et regnat deus in unitate spiritus sancti.

Hac oratione finita. paritatisque hostia in tres partes dicat filiter submissa voce.

Per omnia secula seculorum. Amen. Et hoc dicendo. semel cum particula hostie signum crucis facit infra ambitum calicis. eamque nichil amplius dicendo vel faciendo statim in vinum ponit. Dictoque Amen. non dicit Pax domini. nec Agnus dei. Et post preceptionem sacramenti et ablutionem. Sacerdos cum diacono in vestimino vespere persolvit.



deus qd esset bonū: et ait.
Germinet terra herbā ui
rentē. et facientē semen:
et lignū pomiferū faciēs
fructū iuxta genus suū:
cuius semen in semetipō
sit sup terrā. Et factū est
ita. Et protulit terra herbā
virentem. et afferentem se
men iuxta genus suū: lig
nūq; faciens fructū: et ha
bens unūq; semen tem
sōm spēm suā. Et uidit
d's qd esset bonū: fr̄m̄q; est
uespe et mane dies tertius.
Dixit autē deus. fiant lū
naria in firmamento ce
li. et diuidant diē et noctē:
et sint in signa et tempora
et dies et annos: ut luce
ant in firmamento celi:
et illūnent terrā. Et factū
est ita. Fecitq; d's duo nig
na luminaria. Luminā
re maius ut p̄sset diei: et
lūnare minus ut p̄sset
nocti. Et stellas. Et posu
it eas in firmamento celi:
ut lucerent sup terram:
et p̄sset diei ac nocti: et
diuiderent lucē ac teneb's.
Et uidit deus qd eēt bonū:
et factū est uespe et mane
dies q̄rtus. Dixit etiā d's
Pducant aque reptile a

nime uiuentis: et uola
tile sup terrā: sub firma
mento celi. Creauitq; d's
rete grandia: et oēm ani
mā uiuentē atq; mota
bilem quā pduxerant aq
in species suas: et oīe uo
latile iuxta genus suum.
Et uidit d's qd esset bonū:
benedixitq; eis dicens. Cres
cite et multiplicamini: et re
plete aquas maris: aues
q; multiplicent sup terrā.
Et factū est uespe et mane:
dies q̄ntus. Dixit quoq;
d's. Producat terra aiām
uiuentē in genie suo: ui
menta et reptilia et besti
as terre: sōm spēs suas.
factūq; est ita. Et fecit d's
bestias t're sōm spēs suā:
et uimenta et oīe reptile
t're in genie suo. Et uidit
d's qd esset bonū: et ait. fa
ciamus hōiem ad yma
ginē et similitudinē nrām:
et p̄sit piscib; maris et uo
latilib; celi: et bestiis uni
uersiq; creature: et oīni
reptili qd mouetur ī t'ra.
Et creauit d's hōiem ad y
maginē suā: ad ymagi
nē dei creauit illū: mascu
lū et feminā creauit eos.
Et dixitq; illis d's: et ait.

Crescite et multiplicamini:
et replete terram et subiacite
eam: et dominum antuni piscibus
maris: et uolatilibus celi:
et uniuersis aiantibus que
mouentur super terram. Dixit
itque deus. Ecce dedi uobis
omnem herbam uirentem et af-
ferentem semen super terram:
et uniuersa ligna que habent
in semetipsis sementem generis
sui: ut sint uobis in escam et
cunctis aiantibus terre:
omnibus uolucris celi: et uniu-
uersis que mouentur in terra:
et in quibus est anima uiuens:
ut habeant ad uescendum.
Et factum est ita. Viditque deus
cuncta que fecerat: et erat
ualde bona. Et factum est uel-
pere et mane: dies sextus.
Igitur perfecti sunt celi et terra:
et omnis ornatus eorum. Com-
pleuitque deus die septimo
opus suum quod fecerat: et re-
quieuit die septimo ab omni
ope quod parauerat. **Oremus**

Deus qui **Coll.** in-
mirabiliter creasti
hominem et mirabi-
lius redemisti: da nobis quod
contra oblectamenta peccati
mentis ratione persistere:
ut mereamur ad gaudia
eterna peruenire. **P. Dominum.**

Hactum est **1. Mo. ij.**
in uigilia matu-
tina: et ecce respi-
ciens dominus super castra egyp-
tiorum per columpnam ignis et
nubis interfecit exercitum
eorum: et subuertit rotas cur-
ruum: ferebanturque in pro-
fundum. Dixeruntque egyp-
tium. Fugiamus israhellem:
dominus enim pugnat pro eis co-
tra nos. Et ait dominus ad moy-
sen. Extende manum tuam
super mare: ut reuertantur
aque ad egyptios: super-
curtus et equites eorum. Cum
que extendisset moyses ma-
num contra mare: reuersum
est primo diluuium ad pro-
prium locum. Fugientibusque e-
gyptiis occurrerunt aque:
et inuoluit eos dominus in me-
dis fluctibus. Reuersaque sunt
aque: et operuerunt cur-
tus et equites cuncti exercitus
pharaonis: qui sequentes
ingressi fuerant mare. Ne
unusquidem superstit ex eis.
Filius autem israel preerunt
per medium siccis maris: et
aque eis erant et per muros
a dextris et a sinistris. Li-
berauique dominus israhellem
in die illa de manu egyp-
tiorum: et uiderunt egyptios

mortuos sup litus maris:
et manū magnā quā exer-
cuerat dñs contra eos. **Ve-**
tuitos ppl's dñm: et credi-
derūt dño et moyſi ſeruo ei.
Tūc ceauit moyſes et filij
iſrl' carmen hoc dño: atq;
dixerunt. **Tractus.** **C**ante-
mus dño gloſe enī honoriſi-
catus eſt equū et aſcenſorem
proiecit in mare adiutor et
ptector ſcūs eſt michi in ſalu-
tem. **V.** Hic deus meus et ho-
norābo eū deus p̄ris mei et
exaltabo eū. **V.** Dñs conte-
rens bella dñs nomē eſt illi.

inſira

Deus cuius **Coll.**
antiqua miracu-
la in p̄ſenti q̄q;
ſc̄lo choruſcare ſentim?
p̄ra q̄s: ut ſicut porē pplim
ab egyptijs libaſti: hoc
ad ſalutē gentiū p̄ aq̄s
baptiſmatis operis. **Per.**

Apphendent **lc. iij.**
ſepte mulieres in
nū unū in die illa:
dicentes. **D**anē n̄m̄ com-
edemus: et ueſtimentis
n̄is opiemur: tantūmo-
do inuocetur nomen tuū
ſup nos. **A**ufer obprobri-
um n̄m̄. **I**n die illa erit
germen dñi in magnifi-
centia et gl̄a: et fructus

71711
tūe ſublimis: et exultatio
hys qui ſaluati fuerunt de
iſrl'. **E**t erit: om̄s qui re-
lictus fuerit in ſyon et reſi-
duus in iherlm ſc̄s uoca-
bitur: oīs qui ſcriptus eſt
in uita in iherlm. **S**i ab-
luerit dñs ſordem filiarū
ſyon. et ſanguinē iherlm
lauerit de medio eius: ſpi-
ritu iudicij et ſp̄u ardoris.
Et creabit dñs ſup om̄nē
locū montis ſyon. et ubi
inuocatus eſt nubē p̄ diē:
et fumū et ſplendorem ig-
nis flāmantis in nocte.
Sup oēm enī gl̄am p̄tec-
tio et tabnaculū erit in
umbraculū diei ab eſtu:
et in ſecuritatē et in abſcō-
ſionē: a turbine et plu-
uia. **Tractus.** **V**inea
ſc̄a eſt dilcō in cornu in loco
uber. **V.** **E**t macerā arcūde-
di et arcūfodi et plantam
vineā ſoreth et edificauit tur-
rim i medio eius. et torcular
fodi in ea. vinea enī dñi ſa-
baoth domus iſrl' eſt. **Coll.**

Deus qui nos ad
celebrandū pal-
chale ſacramētū
utriuſq; teſtamētū pagi-
nis inſtruis: da nobis in-
telligere miſericordiam tuā:

xx

ut ex pceptione pntuū mul-
nerū: firma sit expectatio
futuroꝝ. *Per. Iāo. iij.*

Hec est hereditas
seruoz dñi: et ul-
tima eoz apd me:
dicit dñs. Om̄s sitientes
uenite ad aquas. Et qui
non hētis argentū: ppera-
te emite et comedite. Venu-
te: emite absq; argento
et absq; ulla cōmutatōe:
vinū et lac. Quare appē-
ditis argentū non in pa-
nib;: et laborem ur̄m nō
in saturitate. Audite au-
dientes me et comedite bo-
nū: et delectabit̄ in crassi-
tudine aiā ur̄a. Inclinate
aurem ur̄am et uenite ad me.
Audite: et uiuet aiā ur̄a.
Et feriam uobiscū pactū
sempiternū: misericordias da-
uid fidelis. Ecce testē pplis
dedi eū: ducē ac pceptore
gentib;. Ecce gentē quā
nesciebas uocabis: et gē-
tes que nō cognouerunt
te ad te current p̄t dñm
deū tuū: et sc̄m isrl̄ q̄a glo-
rificauit te. Querite dñm
dū inueniri p̄t: inuocate
eū dū prope est. Derelin-
quat impius uia suā:
et uir iniquus cogitati-

ones suas: et reuertatur ad
dñm et miserebitur eius:
et ad deū nr̄m: qm̄ multū
est ad ignoscendū. Non
enī cogitationes mee co-
gitationes ur̄e: neq; uie
mee uie ur̄e: dicit dominus.
Quia sicut exaltant̄ celi
a tra: sic exaltate st̄ uie
mee a uis uis: et cogi-
tationes mee a cogitati-
onib; ur̄is. Et quomodo des-
cendit ymber et nix de ce-
lo et illuc ultra nō reuer-
tetur: sed inebuat terrā
et infundit eam et ger-
minare eam facit: et dat
semen serenti et panē cō-
edenti: sic erit uibū meū
qd̄ egredietur de ore meo. *Dicit dñs om̄s*
+ Non reuertetur ad me ua- *vāt*
ciū: sed faciet quietūq;
uolū: et prosperabitur
in hys ad que mis̄ illud.
Quia in leticia egredie-
mini: et in pace deduce-
mini. Montes et colles
cantabūt coram uobis
laudē: et oīa ligna regi-
onis plaudent manu.
Pro saluunca ascendet
abies: et pro uirtica cres-
cet mirtus. Et erit dñs
noīatus in signū eternū:
quod non auferetur. *ff. Attende celū. c. viij*

+ S

Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. **V.** Sitivit anima mea ad deum vivum quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. **V.** fuerunt michi lacrimae meae panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos dies ubi est deus tuus. **Colla.**

+ A
genium vacatioe

Deus qui ecclesiam tuam semper novis fetu multiplicas: concede propitius: ut quos aqua baptismatis abluis: continua protectione tuearis. **Oratio.** **Letania.**

Ryneleyso. **X**pel.
Rymel. **X**pe
audi nos. **P**a
ter de celis deus miserere nobis.
Fili redemptor mundi
deus miserere nobis. **S**ps
sce deus miserere nobis.
Sca trinitas unus deus
miserere nobis. **S**ca
maria. ora pro nobis.
Sca dei genitrix. **Oratio.**
Sca virgo virginum. **Oratio.**
Sce michael. **Oratio.**
Sce gabriel. **Oratio.**
Sce raphael. **Oratio.**
Omnis sancti beatorum spirituum
ordines. **Orate pro nobis.**
Sce iohannes baptista. **Oratio.**
Omnis sancti patriarche et p

+ C.

Concede quod optas deus. ut quae festa paschalia agimus. celestibus desideriis ac terrestri fonte vite sitiamus. **Oratio.**

phete. **Orate pro nobis.**

Sancte petre. **Oratio.**
Sancte paulo. **Oratio.**
Sancte andrea. **Oratio.**
Sancte iacobe. **Oratio.**
Sancte iohannes. **Oratio.**
Sancte philippo. **Oratio.**
Sce bartholomee. **Oratio.**
Sancte mathee. **Oratio.**
Sancte thoma. **Oratio.**
Sancte iacobe. **Oratio.**
Sancte symon. **Oratio.**
Sancte thadee. **Oratio.**
Sancte mathia. **Oratio.**
Sancte luca. **Oratio.**
Sancte marce. **Oratio.**
Omnis sancti apostoli
et evangeliste. **Oratio.**
Sancte stephane. **Oratio.**
Sancte laurenti. **Oratio.**
Sancte vincenti. **Oratio.**
Omnis sancti martyres. **Oratio.**
Sce silvester. **Oratio.**
Sce martine. **Oratio.**
Sce benedicti. **Oratio.**
Omnis sancti confessores. **Oratio.**
Sancta felicitas. **Oratio.**
Sancta agatha. **Oratio.**
Sancta agnes. **Oratio.**
Omnis sancte virgines et continentes. **Orate pro nobis.**
Omnis sancti. **Oratio.**
Propitius esto. **P**arce
nobis domine. **P**ropitius
esto libera nos domine.

III

Ab insidijs dyaboli. *V.*
Ab omni inuidia me-
 tis et corporis. *V.*
Ab omni malo. *V.*
Per natiuitate tua. *V.*
Per passionem et crucem
 tuam. *V.* **P**er gloriam
 resurrectionem tuam. *V.*
Per admirabilem ascen-
 sionem tua. *V.* **P**er ad-
 uentum spiritus sancti. *V.*
Pecatores. Te rogamus
 audi nos. **U**t pacem
 et concordiam nobis dones. *f.*
Ut gratiam sancti spiritus cordi-
 bus nostris infundere dignus. *f.*
Ut cunctum populum christia-
 num precioso sanguine tuo
 redemptum conseruare dig-
 naris. *f.* **U**t cunctis fide-
 libus defunctis regem eternam
 donare dignus. *f.* **U**t
 nos exaudire dignus. *Te-*
Fili dei. Te rogamus
 audi nos. **A**gnus dei
 qui tollis peccata mundi. pce
 nobis dñe. **A**gnus dei
 qui tollis peccata mundi libe-
 ra nos dñe. **A**gnus di
 qui tollis peccata mundi. dona
 nobis pacem. **Ad missam.**
Ariel. Ter. **X**pel. Ter.
Ariel. Ter. **G**loria i
 eraxilis deo. *f.* **O**nis uob
 cum. Et cum spiritu tuo. **Coll.**

Deus qui
 hanc sacra-
 tissimam
 noctem gla-
 dñice resur-
 rectionis illustras conser-
 ua in noua familie tue
 progeie adoptionis spm
 quem dedisti: ut mente et
 corpe renouati: puram
 tibi exhibeant seruitute.
P eundem. eiusdem. **Ad colo-**
kes: Si con- scenses.
A surrexistis cum christo:
 que sursum sunt que-
 rite: ubi christus est in dexte-
 ra dei sedens. Que sursum
 sunt sapite: non que sup-
 terram. Mortui enim estis:
 et uita uestra abscondita est
 cum christo in deo. Cum enim
 christus apparuerit uita ue-
 stra: tunc et uos apparebi-
 tis cum ipso in gloria.
Alla. *V.* Confitemini domino
 qui bonus qui in seculum mi-
 sericordia eius. **Tractus.** *No repetit Alle*
Laudate dominum omnes gen-
 tes et collaudate eum omnes populi.
V. Quoniam confirmata est super
 nos misericordia eius et ueritas
 domini manet in eternum. **S**
Allot: **matheu.**
Vespe autem sabbi
 que luceat in pri-

ma sabbi: uenit maria
 magdalena et alta ma
 ria: uidere sepulchru. Et
 ecce terremotus factus est
 magnus: Anglis eni dnu
 descendit de celo: et accedes
 reuoluit lapidem: et sede
 bat sup eu. Erat aute al
 pectus eius sicut fulgur:
 et uestimenta eius sicut
 nix. Pre timore aute eius
 exterriti sunt custodes: et
 facti sunt uelut mortui.
 Rndens aute anglis: dixit
 mulieribz. Nolite timere
 uos. Scio eni qd ihm qui
 crucifixus est queritis. No
 est hic: surrexit eni sicut
 dixit. Venite et uidete locu:
 ubi positus erat dñs. Et
 cito euntes dicite discipu
 lis eius quia surrexit: et
 ecce pcedet uos in galilea.
 Ibi eu uidebitis ecce pdixi
 uobis. **Non di Credo. nec**

Suscipe **Sa. Off.**
 qd dñe pces ppli
 tu cu oblationi
 bus hostiaru. ut pascha
 libus inuicata mystery.
 ad eternitatis nobis me
 delam te opante pficiat.
Oratio. Te qde
 dñe omi tempe. sed in hac
 potissimu nocte glori.

Intra act. Coiucantes et
nocte sac. et hanc igit.
ut infra suo loco hntur.
Agnus dei no di. nec Coio.
sed. Dñs nobiscu. Orem.
Sursum **Copl.**
S nobis dñe tue ca
 ntatis infunde:
 ut quos sacramentis pas
 chalibus faciasti: tua fa
 cias pietate concordet. **P**
dñm. i unitate eiusdem.
Benedicam dno alla



Ad vs a. Alla alla. ps Laudate
dñm: ocs geres. 2c. Ad magt a. Respe
at sabbi q lucfat i pma sabbi. ut
maia magle et alta maia uide se
pulchru alla

te

Resurrexi et adhuc tecum sum
 alla. posuisti super me manum
 tuam alla. mirabilis facta est
 scientia tua alla alla. *p.* Do-
 mine probasti me et cognovisti
 me: tu cognovisti sessionem
 meam. et resurrectionem meam.

Deus qui hoc *Coll.*
 dierna die per unigenitum
 tuum eternitatis nobis aditum
 deicuncta morte resecrasti: uota
 nostra que perueniendo ad
 puras: etiam adiuvando
 persequere. Per eundem.

Hies: *Ad corinthios?*
 Expurgate ueterum
 fermentum: ut sitis
 noua conspersio: sicut
 estis azimi. Etenim pascha
 nostrum: immolatus est
 christus. Itaque epulemini.
 Non in fermento ueteri: neque
 in fermento malicie et
 nequicie: sed in azimis
 sinceritatis et ueritatis.

Hec dies quam fecit dominus *Re.*
 exultemus et letemur in ea.
V. Confitemini domino quoniam bonus
 quoniam in seculum misericordia
 eius. *Alla.* *V.* Pascha
 nostrum immolatus est christus.
Alleluia. *Sodm maru.*

In illo tempore: maria
 magdalene. et maria
 iacobi. et salome. emerunt aromata:
 ut uenientes ungerent ihesum.
 Et ualde mane una sab-
 batorum uenit ad monu-
 mentum: orto iam sole. Et
 dicebant adinuicem. Quis
 reuoluet nobis lapidem
 ab ostio monumenti? Et
 respicientes: uiderunt reuo-
 lutum lapidem. Erat quippe
 magnus ualde. Et introe-
 untes in monumentum: ui-
 derunt iuuenem sedentem in dex-
 tris cooptum stola candi-
 da: et obstupuerunt. Qui
 dicit illis. Nolite expa-
 uescere. Ihesum queritis: na-
 zarenum: crucifixum. Sur-
 rexit: non est hic. Ecce lo-
 cus: ubi posuerunt eum. Sed
 ite dicite discipulis eius
 et petro: quia precedet uos
 in galileam. Ibi eum uide-
 bitis sicut dixit uobis.

Credo dicitur officium
Terra tremuit et quiescit *off.*
 domini resurget in iudicio deus

Suscipe *Sec.* alla.
 quoniam domine preces populi
 tui cum oblationi-
 bus hostiarum. ut pascha-
 libus iniciata mysteris.
 ad eternitatis nobis mede

n azim
 rano

te

174
lam te opante pficiant. **De.**
Presb. Te quide dñe oī epie.
Coīcantes et die. **Hāc igit.**
sc̄ in suo loco. **Co.** **P**al
cha nīm imolatus est xp̄us
alla itaq; epulemur in azi
mus sinceritatis et ueritatis.

Salla alla all. **copl.**
Dixitū nobis dñe
tue caritatis infū
de: ut q̄s sacramentis pal
chalib; faciasti: tua faci
as pietate concordēs. **Per**
dñm. in unitate eiusdem.



Introduxit **fia. ij.**
uos dñs in terram
fluentē lac et mel
alla. ut lex dñi sep

lit in ore ur̄o alla alla. **ps.**
Confitemū dño qm̄ bonus:
qm̄ in sc̄dm̄ misericōdia ei. **Coll.**

Deus qui sollemni
nitate paschali
mūdo remedia cō
tulisti: pplm̄ tuū q̄s cele
sti dono p̄sequere: ut et p̄fectā
libertatem consequi mere
atur: et ad uitā p̄ficiat
sempiternā. **P.** **It̄ actū**

In dieb; illis: **ap̄lōz.**
Stans petrus in me
dio plebis dixit. **Vi**
ri fr̄es: uos scitis qd̄ sc̄m̄
est ubi dñi p̄ uniuersā
iudeā. Incipiens a galile
a post baptismū qd̄ pre
dicauit ioh̄es ihm̄ a naza
reth; qm̄ modo uixit eū deus
sp̄u sc̄o et uirtute. Qui p̄
transiuit benefaciendo et
sanando om̄s oppressos a
dyabolo: qm̄ d̄s erat cū
illo. Et nos testes sumus
om̄i que fecit in regione
iudeoz et iherlm̄: que oc
ciderūt suspendentes in
ligno. **H**unc deus susci
tauit tertia die: et dedit
eū manifestū fieri non
om̄i pplō: sed testib; p̄e
ordinatis a deo: nobis
qui manducauimus et
bibimus cū illo: postq;

resurrexit a mortuis. Et
 p̄cepit nobis: p̄dicare pp̄lo
 et testificari: quia ip̄e est
 qui constitutus est a deo
 iudex uiuoz et mortuoz.
 Huic om̄is p̄ph̄e testimoniū
 p̄hibent: remissionē p̄ccoz
 accipe per nomen eius. Os
 qui credunt in eum. **R.**

Et dies quā fecit dñs ex
 ulcerimus et letemur in ea.

V. Dicat nūc isrl' qm̄ bon'
 qm̄ in sc̄lm̄ misericordia eius.

Illā. V. Nonne cor n̄m
 ardens erat in nobis de ihu
 dum nobis loqueretur in

In illo **S. lucā.** iua.
 tempe: Duo ex dis
 cipulis ihu ibant
 ipsa die in castellū: quod
 erat in spacio stadior' sexa
 ginta ab iherlm̄: nomi
 ne emaus. Et ip̄i loque
 bantur adinuicē: de hys oī
 bus que acciderant. Et fac
 tū est dū fabularentur
 secū quererent: et ip̄e ih̄s
 appropinq̄s ibat cū illis.
 Oculi autē illoz tenebāt:
 ne eū agnoscerent. Et ait
 ad illos. Qui sūt hy ser
 mones quos confertis ad
 inuicē ambulantes et et
 tis tristes? Et r̄idens un'
 cui nomen cleophas: dix

it ei. Tu solus pegrinus es
 in iherlm̄: et non cognouit
 ti que facta sūt in illa hys
 diebus? Quibz ille dixit.
 Que? Et dixerūt. De ihu
 nazareno qui fuit uir pro
 pheta potens in ope et ser
 mone: coram deo et om̄i
 pp̄lo. Et q̄modo tradiderūt
 eum sūm̄i sacerdotes et p̄n
 cipes n̄r̄i in dāpnationē
 mortis: et crucifixerunt
 eū. Nos autē sp̄abamus:
 quia ip̄e esset redemptur'
 isrl'. Et nūc sup̄ hec om̄ia
 tertia dies est hodie: quod
 hec fr̄a sūt. Sed et mulie
 res quedā ex n̄r̄is tenuerūt
 nos: que ante lucē fuerūt
 ad monumentū. Et non
 inuento corpe eius: uene
 rūt dicentes se etiā uisio
 nem angloz uidisse: qui
 dicūt eū uiuere. Et abie
 rūt quidā ex n̄r̄is ad mo
 numentū: et ita inuene
 rūt sicut mulieres dixerūt:
 ip̄m uero nō inuenerunt.
 Et ip̄e dixit ad eos. O stul
 ti et tardi corde ad creden
 dū: in om̄ibz que locuti
 sūt p̄phete. Nōne hec o
 portuit pati xp̄m. et ita
 intrare in gl̄am suā? Et
 incipiens a moysē et oī

bus pphs: interpretabat
illis in omib; scripturis:
que de ipso erant. Et ap
propinquauerunt castello
quo ibant: et ipse finxit
se longius ire. Et coege
runt illu dicentes. Mane
nobiscu qm aduersus pas
cat: et inclinata est iam
dies. Et intrauit cu illis.
Et factu est du recuberet
cu illis: accepit pane et
benedixit ac fregit: et
porrigebat illis. Et ap
ti sunt oculi eor: et cog
nouerunt eu. Et ipse eua
nuuit ex oculis eor. Et
dixerunt adinuice. No
ne cor nrm ardens erat i
nobis de ihu du loquer
tur in uia. et aperet no
bis scripturas? Et surge
tes eadem hora regressi
sunt in iherlm: et inuene
runt congregatos unde
cum: et eos qui cu ipsis
erant dicentes. qd surrex
it dnus uere: et apparuit
symoni. Et ipsi narra
bant que gesta erant i
uia: et qmodo cognoue
runt eu in fractione pa
nis. **Off.** **A**ngl's dnu des
cendit de celo et dixit mulie
ribus que queritis surrexit

sicut dixit alleluia. **Secre.**

Suscipe qs dne pces
ppli tui cu oblati
onib; hostiani. ut
paschalibus inuicata mil
teris. ad eternitatis nob
medelam te opante pfi
ant. **P. Prefatio.** Te quide
dne omi tpe. Coicantes.
et hanc igit. sicut in die.
Co. Surrexit dnus et ap
paruit petro alla. **Compl.**

Sicuti nob dne
tue caritatis infu
de: ut qs sacinen
tis paschalibus sacrastr:
tua facias pietate conco
des: **D** dnm. eiusde sps sc.



Fua *feria. iij.*
 sapie potavit eos
 alla firmabitur
 in illis et non flectetur alla
 et exaltabit eos in eternu al
 lelua alla. *p.* Confitemu
 dno qm bonus qm in scdm

Dmisericordia eius. *Coll.*
 Eus qui etiam
 tua nouo semp
 fetu multiplicas: conce
 de famulis tuis: ut sac
 mentu uiuendo teneant:
 qd fide pceperunt. *p.* *Incio*

In dieb; *act aploz.*
 illis: Surges pau
 lus: et manu silē
 tuū indicens ait. Vni fra
 tres filij genis abraham.
 et qui in uobis timent
 deū: uobis ūbū salutis
 huius missū est. Qui
 enū habitant iherlm et
 pncipes eius: ignoran
 tes ihm et uoces pphaz
 que p omie sabbatu le
 guntur: iudicantes imple
 nerunt. Et nulla causā
 mortis inuenientes ī eo:
 petierunt a pylato ut
 interficerent eū. Cūq; cō
 sūmassent oīa que de eo
 scripta erant: deponen
 tes eū de ligno: posuerūt
 in monumento. Deus

uero suscitauit eū a mor
 tuis tertia die. Qui uisus
 est p dies multos: hys
 qui sunt ascenderant cū
 eo de galilea in iherlm:
 qui usq; nūc sūt testes ei
 ad plebem. Et nos uobi
 annūciamus eam que
 ad p̄res nr̄os repromissio
 fca est: qm hanc d̄s adi
 pleuit filijs ur̄is. *Resusa*
 tans ihm xpm dnm nos
 trum. *Re.* *Et dies*
 quā fecit d̄ns exultemus et
 letemur in ea. *v.* Dicant
 nūc qui redempti sūt a dno
 quos redemit de manu ini
 mica et de regionib; congre
 gauit eos. *Alia. v.* An
 gelus d̄ni descendit de celo
 et accedens reuoluit lapidē
 et sedebat sup eū. *S. lucā.*

uit.

In illo t̄p̄e: Stetit
 ihs in medio disci
 puloz suoz: et di
 xit eis. Pax uobis. Ego
 sū: nolite timere. Conf
 bati uo et conterriti: ex
 istimabant se spm uidē.
 Et dixit eis. Quid turba
 ti estis: et cogitationes
 ascendūt in corda ur̄a?
 Videte manus meas et
 pedes meos: quia ego ip̄e
 sum. *Palpate et uidete:*

mit.
 Alla Sportabat.

et

1177
quia spūs carnē et ossa
non habet: sicut me uide-
tis habē. Et cum hoc dix-
isset: oñdit eis manus
et pedes. Adhuc autē illis
non credentibus sed mi-
rantib; pre gaudio: dix-
it. **H**abetis hic aliquid
qd manducetur? At illi
obtulerūt ei ptem piscis
assū: et fauū mellis. Et
cū manducasset coram
eis: sumens reliquias
dedit eis. Et dixit ad eos.
Hec sūt uerba que locutu-
sū ad uos cū adhuc esse
uobiscū: qm necesse est
impleri omnia que scripta
sūt in lege moysi et pphē-
tis et psalmis de me. Tūc
aperuit illis sensū: ut intel-
ligerent scripturas. Et
dixit eis. **Q**m̄ sic scrip-
tum est: et sic oportebat
xp̄m pati et resurgere a
mortuis die tertiā: et
p̄dicari in nōie eius peni-
tenciam et remissionē

Intonuit de celo dñs **off.**
et altissimus dedit uocem
suā et apparuerūt fontes

Saquarū alla. **Sēc.**
uscipe q̄s dñe
preces ppli tui

cū oblationib; hostiarū.
ut paschalib; uicinatā
mysteris. ad eternitatē
nobis medelā te opante
p̄ficiant. **V. P̄fatio.** Te q̄
dem dñe om̄i t̄p̄e. Cōi-
cantes et diem. **Et hanc**
igitur. sicut in die. **Co.**

Si confurrexeris cū xp̄o
que sursum sūt quente alla
ubi xp̄us est in dextera dei
sedens que sursum sūt sapi-

Que alla. **Compl.**
Oncede q̄s om̄i
potens d̄s: ut
paschalis p̄ceptio sac-
menti: continua in
n̄is mentibus p̄seuet.
Per dñm n̄m ih̄esū xp̄m



xcv

Uenite *fiā. iij.*
 benedicti p̄s
 mei papite
 regnū alla qđ uobis patū
 est ab origine mūdi alla
 alla alla. *p̄. Confitemini*
 dño qm̄ bonus. qm̄ in sc̄m
 misericōdia eius. *Gla. Coll.*

Deus qui nos resur
 rectionis dñice an
 nua sollempnitate
 lenificās: concede p̄picius:
 ut p̄ temporalia festa que a
 ginus: puenire ad gau
 dia eterna mereamur. *P*

cunde. Fact. ap̄lox.
In diebus illis: Aperi
 ens petrus os suū
 dixit. Qui israhelite: et q̄
 timetis deū audite. Deus
 abraham et d̄s ysaac et
 deus iacob: deus patrum
 n̄r̄oz glouificauit filium
 suū ihesū: que uos quide
 tradidistis: et negastis
 ante faciem pylati: iudi
 cante illo dimitti. Vos
 autē sc̄m et uultū negas
 tis: et petistis uirū homi
 cidam donari uobis. Auc
 tor enim uere uite interfecis
 tis: que deus suscitauit
 a mortuis: cuius nos tes
 tes sumus. Et nūc fr̄es
 sc̄o quia p̄ ignorantia

feastis: sicut et p̄ncipes
 uī. Deus autē qui p̄renū
 ciavit p̄ os oīm p̄phetaz
 paci xp̄m suū: impleuit
 sic. Penitentū igitur et cō
 uertimur: ut deleantur
 uīa p̄ca. *Ex. V. Et dies*
 quā fecit dñs exultemus et le
 temur in ea. *V. Dextera dñi*
 fecit uirtutē dextera dñi exal
 tauit me. *Alia. V. Surrex*

v̄it

it dñs et occurrens mulieribz
 ait auete tunc surrexerunt et
 tenuerūt pedes ei. *S. ioh̄em.*

In illo t̄p̄e: manifest
 tauit se iterū ih̄s dis
 cipulis suis ad ma
 te tyberiadis: manifesta
 uit autē sic. Erant siml'
 symon petrus + thomas
 qui dicitur didimus: et
 nathanael qui erat a cha
 na galilee et filij zebedi:
 et alij ex discipulis eius
 duo. Dicit eis symō pe
 trus. Vado piscari. Dicit
 ei. Venimus et nos tecū.
 Et exierūt et ascenderunt
 in nauum: et illa nocte
 nichil prendiderūt. Ma
 ne autē iam sc̄o stetit ih̄s
 in litore: non tamē cog
 nouerūt discipuli q̄a ih̄s
 est. Dicit ergo eis ih̄s. Que
 ri: nūquid pulmentari

me.
 Alla Xp̄s surgēs



um habetis: **R**iderunt ei.
Non. **D**ixit eis. **M**ittite
in dexteram nauigij rete:
et inuenietis. **M**iserunt
ergo: et iam non ualebant
illud trahere pro multa
titudine piscium. **D**ixit ergo
discipulus ille quem dilige
bat ih[esu]s petro. **D**ñs est.
Symon petrus cū audis
set quia dñs est: tunica
succinxit se. erat enī nudus:
et misit se in mare. **A**lij
autē discipuli nauigio
uenerunt. **N**on enī longe
erant a terra: sed quasi
cubitibus ducentis: trahē
tes rete piscium. **U**t ergo des
cenderūt in terrā: uiderūt
punas positas: et pisces
suppositū: et panem. **D**i
xit eis ih[esu]s. **A**fferte de p[er]i
sca: quos prendidistis
nunc. **A**scendit symon
petrus: et traxit rete in
terrā: plenum magnis pis
cibus. centū quinquagin
ta tribus. **E**t cū tanti es
sent: non est scissū rete.
Dixit eis ih[esu]s. **V**enite: p[er]i
dete. **E**t nemo audebat dis
cumbentū interrogare
eū tu quis es: scientes quā
dñs est. **E**t uenit ih[esu]s et ac
cepit panē: et dabat eis:

dat

et piscem similiter. **H**oc iā
tertio manifestatus est
illis discipulis suis cum
resurrexisset a mortuis.

Portas celi aperuit. **O**ff.
dñs et pluit illis manna ut
ederent panē celi dedit illis pa
nē angelorū manducauit hō.

Sacrificia **sec.** alla.
dñe paschalibus
gaudis imolata
quibus ecclia tua mirabili
ter palatur et nutritur. **P.**
Prefo. **T**e quidē dñe oī tpe.
Cōcantes et diē. **H**ac igit.
ut s. **Cō.** **P**ius resur
gens ex mortuis iam non
mouetur alla mors illi ul
nō dñabitur alla alla.

Hab omī nos **Cōpl.**
q̄s dñe uetustate
purgatos: sacra
menti tui ueneranda per
cepto ī nouā transferat
creaturā. **D**er dñm nōm



Utrixem *frma. v.*
 manu tua dñe
 laudauerunt piter
 alla quia sapia apuit os
 muti et linguas infantium
 fecit disertas alla alla. *ps.*
 Cantate dño canticū nouū:
 quia mirabilia fecit. *Coll.*

Deus qui diuersi-
 tatem gentium in
 confessione tui
 nois adunasti: da ut re-
 natis fonte baptismatis
 una sit fides mentium: et
 pietas actionum. *P dñm.*

In *actuū aploz.*
 diebus illis: Angls
 dñi locutus est ad
 philippū dicens. Surge
 et uade contra meridia-
 nū: ad uiam que descendit
 ab iherlm in gazam: hec
 est deserta. Et surgēs abi-
 it. Et ecce uir quidā ethi-
 ops eunuchus potens
 candacis regine ethiopū:
 qui erat sup om̄s gazas
 eius: uenerat adorare in
 iherlm. Et reuertebatur:
 sedens sup currū suū: le-
 gensq; ysaiam ppheta.
 Dixit autē spūs philippo.
 Accede: et adiunge te ad
 currū istū. Accurrens at
 philippus: audiuit illū

legentē ysaiam ppham.
 Et dixit. Putas ne intelli-
 gis que legis? Qui ait.
 Et quomodo possū nisi ali-
 quis ostenderit michi? Ho-
 gauitq; philippū ut ascē-
 deret: et sederet secū. Locus
 autē scripture hinc erat:
 quā legebat. Tamq; o-
 uis ad occisionē ductus ē.
 et sicut agnus coram ton-
 dente se obmutescet: et
 non aperiet os suū. In hu-
 militate iudiciū eius sub-
 latū est. Generationem
 eius quis enarrabit? Qu-
 niam tolletur de terra ui-
 ta eius. Rndens autē eu-
 nuchus: philippo dixit.
 Obsecro te de quo ppha
 dixit hoc. de se an de aliq;
 alio? Apiens autē phi-
 lippus os suū. et incipi-
 ens a scriptura ista: eu-
 angelizauit illi ihesū.
 Et dum irent per uiam:
 uenerūt ad quādam aquā.
 Et ait eunuchus. Ecce
 aqua. Quis phibet me
 baptizari? Dixit autē
 philippus. Si credis ex
 toto corde licet. Et respo-
 dens eunuchus ait. Credo
 dei filiū esse ihm xpm.
 Et iussit stare currum.

sine uoce sic nō
 aperuit

bat

Et descenderunt uterque in aqua: philippus et eunuchus: et baptizavit eum. Cui autem ascendissent de aqua: spiritus domini rapuit philippum: et amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem inventus est in azoto. Et pertransiens evangelizabat civitatibus iunctis. donec veniret cesaream. **R.**

Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. **V.** Lapidem quem reprobae runt edificantes hic factus est in caput anguli a domino factus est et est mirabile in oculis nostris. **Antiphona.** **V.** Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de ihesu dum nobis loqueretur

In via. **S. iohanne.** Nullo tempore: maria stabat ad monumentum foris: plorans. Dum ergo fleeret: inclinavit se: et prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes: unum ad caput et unum ad pedes: ubi positum fuerat corpus ihesu. Dicit ei illi. Mulier: quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt

dominum meum: et nescio ubi posuerunt eum. Hec cum dixisset conversa est retrorsum: et vidit ihesum stantem: et non sciebat quia ihesus est. Dicit ei ihesus. Mulier: quid ploras? Quem quaeris? Illa existimans quia ortulanus esset: dicit ei. Domine si tu sustulisti eum: dicito michi ubi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit ei ihesus. Maria. Conversa illa: dicit ei. Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei ihesus. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum: ad deum meum et deum vestrum. Venit maria magdalene annuncians discipulis: quia vidit dominum et haec dixit illi.

In die solennitatis Off. **V.** nunc dicit dominus inducete vos in terram fluentem lac et mel

Suscipe **S. c.** antiphona. **V.** Quis domine munera propter ploratum tuorum propter peccatis: ut confessione tui nominis et baptismate renovati. sempiternam beatitudinem consequantur. **P. pfo.** Te quidem domine omni tempore.

Antiphona. In irae tua.

Antiphona.

Coicantes. Hanc igitur. **urs.**

Populus adquisito **o.**
 nis annuacate ututes eius
 alla qui uos de teneb's uoca
 uit i admirabile lumē suū

Gaudi **cōpl.** alla.
 dne pces nrās:
 ut redep̄tionis
 nre sacrosca cōmercia et
 uite nobis conferant pre
 sentis auxiliū: et gau
 dia sempiterna concili
 ent. **Per dñm nrm ih̄m**



Edunt **feria. vi.**
 eos dñs in spe al
 leluiā. et inuini
 cos eoz opuit mare alla al
 la alla. **ps** Attendite pple
 meus legē meā inclinate

aurē urām in ūba oris mei.
Om̄ps sem **Collca.**
 piterne deus qui
 paschale sacramē
 tu in reconciliatois huma
 ne federe contulisti: da me
 tibus nrās: ut qd̄ p̄fessio
 ne celebimus: unitemur
 effectū. **D. Petri apli.**

Rmi: **Ep̄us** semel
 pro p̄cis nrās mor
 tuus est. iustus p
 uiuistis: ut nos offerret
 deo. **A** mortificatos quide
 carne: uiuificatos autē
 spū. **I**n quo et hys qui
 in carcere erant: spū
 ueniens p̄dicauit. **Q**ui
 increduli fuerant aliqñ:
 qñdo exspectabant dei pa
 tientia: in dieb; noe cum
 fabucaretur archa: in q̄
 pauca idest octo aie salue
 facte sūt p̄ aq̄m. **Q**uod
 et uos nunc silis forme
 saluos facit baptisma:
 non carnis depositio sor
 duū: sed conscientie bone
 interrogatio in deū. **Per**
 resurrectionē ih̄u xpi. qui
 est in dextera dei. **Rm.**

Et dies quā fecit dñs ex
 ultemus et letemur in ea. **v.**
Benedictus qui uenit i no
 mine dñi d̄s dñs et illuxit

an.

Alia **v** Dicitur i genabz.

xit.

nobis **Alia. v.** Angelus
dñi descendit de celo et accedens
reuoluit lapidem et sedebat
super eum. **S. mattheu.**

In illo tempe: Un-
decim discipuli ab-
ierunt in galilea:
in monte ubi constituit
illis ihs. Et uidentes eu
adorauerunt: quida autē
dubitauerunt. Et accedens
ihs: locutus est eis dicens.
Data est michi omnis po-
testas: in celo et in terra.
Euntes ergo docete omnes
gentes: baptizantes eos
in nomine patris et filij et spūs
sā: docentes eos seruari
omnia quecūq; mandaui
uobis. Et ecce ego uobiscū
sū omibz diebus usq;
ad consumationē scđi.

Erit uobis hic dies **off.**
memorialis alla. et diem fel-
tū celebrabitis solēnem dño
in progenies urās legitimū
semperiternū diem alla alla

Hostias **Sec.** alla.
q̄s dñe placatus
assume. quas et
pro venatorū expiatione
pccā deferimus. et pro ac-
celeratione celestis auxi-
lij. **p.** **ps.** Te quidē oī
tpe. **Coicantes.** Hanc igr.

ent

Data est michi omnis **co.**
ptas in celo et in terra alla
euntes docete omnes gentes bap-
tizantes eos in nomine patris et
filij et spūs sā alla alla. **co.**

Respice q̄s dñe **pl.**
pplm tuū: et quē
eternis dignatus
es reddere mystays: a
tempalibz culpis dignā-
ter absolue. **Per dñm n.**



Sex **Sabbō.**
dñs pplm suū in
exultatione alla
et electos suos in leticia all
alla. **ps** Confitemū dño et
inuocate nomen eius: an-
nūciate inter gentes opera
eius. **Gloria p̄i.** **Collā.**

Concede q̄s *Coll.*
 omp̄s deus: ut
 qui festa pascha
 lia uenerando egimus:
 p̄ hec contingere ad gau
 dia eterna mereamur. *D.*
 ni. *Petri apli.*
Reponentes oēm
 maliciā et omne
 dolum: et simulationes et in
 iurias: et om̄s detractio
 nes: sicut modo genui
 infantes rationabiles
 sine dolo lac concupiscite:
 ut in eo crescatis in salu
 tem. Si tamē gustastis
 q̄m dulcis est dñs. Ad q̄
 accedentes lapidem uiuū.
 ab hōibus quidē reproba
 tum: a deo autē electū et
 honorificatū: et ip̄i tāq̄
 lapides uiui sup̄edifica
 mini domos spir̄ituales:
 sacerdotiū san̄: offerre
 hostias spir̄ituales accepta
 biles deo: p̄ ih̄m xp̄m. *Pp*
 ter qd̄: continet scriptura.
 Ecce ponā in syon lapi
 dem sūmū: angularem:
 electum: preciosū: et oīs
 qui crediderit in eū nō con
 fundetur. *Vobis* igitur:
 honor credentibus. Non
 credentib; autē: lapis q̄
 reprobauerūt edificantes:

hic factus est in caput an
 guli. Et lapis offensionē
 et petra scandali: hys q̄
 offendūt uerbo: nec cre
 dunt in quo et positi sūt.
 Vos autē genus electum:
 regale sacerdotiū: gens
 sancta: ppl̄s acquisitio
 nis: ut uirtutes annūcie
 tis eius qui de teneb; uo
 uocauit in admirabile
 lumen suū. Qui aliq̄n
 non ppl̄s: nūc autē ppl̄s
 dei. Qui non consecuti
 misericordiam: nūc autē mi
 sericordiā consecuti.

Alleluia. *V.* Hec dies quā fe
 cit dñs exultemus et letem̄
 in ea. *Alleluia.* *V.* Surrexit
 dñs et occurrens mulierib;
 ait auete nūc accesserunt et
 tenuerūt pedes eius. *S*

In illo t̄p̄e: *iohem.*
 Una sabbati ma
 ria magdalene ue
 nit mane cum adhuc te
 nebre essent ad monumē
 tū: et uidit lapidem sub
 latum a monumento.
 Cucurrit ergo et uenit
 ad symonem petrū: et ad
 aliū discipulū quē dilige
 bat ih̄s: et dixit eis. Tule
 rūt dñm meū de monu
 mento: et nescio *us* ubi

c. xxvii.

Alleluia. Laudate pueri.
xit.

posuerunt eum. Scriuit ergo
 symon petrus: et ille alius
 discipulus: et uenerunt
 ad monumentum. Curre-
 bant autem duo sibi. Et ille
 alius discipulus praecur-
 rit citius petro: et uenit pri-
 mus ad monumentum.
 Et cum se inclinasset: uidit
 posita lintheamina: non
 tamen introiit. Venit
 ergo symon petrus sequens
 eum: et introiit in monu-
 mentum. Et uidit linthea-
 mina posita: et sudarium
 quod fuerat super caput eius
 non cum lintheaminibus po-
 situm: sed separatim inuolu-
 tum in unum locum. Tunc ergo
 introiit et ille discipulus
 qui uenerat primus ad
 monumentum: et uidit et
 credidit. Nondum enim scie-
 bant scripturam: quia oportet
 eum a mortuis resurgere.

Benedictus qui uenit
 in nomine domini. benediximus nos
 de domo domini. deus dominus et il-
 luxit nobis alleluia. **Sic.**

Concede quoniam domine super
 nos per haec imperia
 paschalia gratulari. ut continua
 tuae redemptionis operatio.
 perpetue nobis fiat causa

Psalmus. Te quidem et comites. ut in die praesentis

letitiae. **Per.** In hoc sabbato
 et die crastina non dicuntur Coi-
 cantes. et hanc igitur pascha-
 lia. Sed sola praefatio in qua
 sic dicit. Te quidem omni tempore.
 sed in hoc potissimum glorio-
 sus praedicare. **Co.** Omnes
 qui in christo baptizati estis
 christum induistis alleluia. **Copl.**

Redemptionis nostrae
 munere uegetati-
 quoniam domine: ut hoc per-
 petue salutis auxilium fi-
 des semp uera perficiat. **P.**



In octava pasche. Inuitus.

O uasi modo gen-
 ti infantes alle-
 rationabiles si-
 ne dolo lac concupisate alle-

Modum seruandi alleluia uoibus et diebus
 finalibus usque ad ascensionem domini quae **ccxiiij**

alla alla. *ps* Exultate deo
adiutori nro: iubilate deo

Diacob. *Gla. Colic.*
Festa q̄s omp̄s d̄s:
ut qui paschalia
festa pegimus: hec te lar
giente morib; et uita tene
amus. *Pr. Johis apli.*

Rom̄: Om̄e qd̄ natū
est ex deo uincit mū
dū. Et hec est uicto
ria que uincit mūdū: fides
nra. Quis est autē qui uin
cit mūdū. nisi qui credit
qm̄ ih̄s est filius dei. Hic
est qui uenit p̄ aquā et
languinē: ih̄s xp̄s. Non
in aqua solu: sed in aqua
et sanguine. Et sp̄us est
qui testificatur: qm̄ xp̄s
est ueritas. Qm̄ tres sūt:
qui testimoniū dant ī tra.
Sp̄us aqua et sanguis.
Et tres: unū sūt. Et tres
sūt: qui testimoniū dant
in celo. Pater: uerū: sp̄us
s̄c̄us. Et hy tres: unū sūt.
Si testimoniū hoīm ac
cipimus: testimoniū dei
maius est. Qm̄ hoc est
testimoniū dei qd̄ maius
est: quia testificatus est
de filio suo. Qui credit ī
filium dei: habet testimoniū
um dei in se. *Alia. v.*

Hec dies quā fecit dñs exul
temus et letemur in ea.

Alia. v. Nonne cor nr̄m
ardens erat in nobis de ih̄u
dū loqueret nobis in uia.

Nillo tpe: S̄ iohem.

Iuē esset sero die illa
una sabbōz: et fo
res essent clause ubi erant
discipuli congregati p̄pter
metū iudeoz: uenit ih̄esus
et stetit in medio et dixit
eis. Pax uobis. Et cū hoc
dixisset: on̄dit eis manus
et latus. Gauisi sūt ergo
discipuli: uiso dño. Dixit
ergo eis iterū. Pax uobis.
Sicut misit me pater: et
ego mitto uos. Hoc cum
dixisset: insufflauit et di
xit eis. Accipite sp̄m s̄c̄m.
Quoz remiseritis p̄ca:
remittuntur eis. Et quū
retinueritis: retenta sunt.
Thomas autē unus ex du
odecim qui dicitur didim?
non erat cū eis quādo ue
nit ih̄s. Dixerūt ergo ei
alii discipuli. Vidimus
dñm. Ille autē dixit eis.
Nisi uidero in manib; ei
fixurā clauoz: et mittā
digitū meū in locū clauo
rū: et mittā manū meā
in latus eius: non credā.

III. de feria.

Et post dies octo: iterum
erant discipuli eius intus:
et thomas cum eis. Venit
ihesus ianuis clausis: et ste-
tit in medio et dixit. Pax
vobis. Deinde dicit thome.
Infer digitum tuum huc: et ui-
de manus meas. Et affer
manum tuam: et mitte in
latus meum: et noli esse in-
credulus sed fidelis. Res-
pondit thomas: et dixit
ei. Dominus meus: et deus meus.
Dicit ei ihesus. Quia uidisti
me credidisti: beatus qui non
uiderunt et crediderunt. Multi-
ta quidem et alia signa fecit
ihesus in conspectu discipulorum
suorum: que non sunt scripta
in libro hoc. Hec autem scrip-
ta sunt ut credatis quia ihesus
est christus filius dei: et ut
credentes uitam habeatis
in nomine eius. **Off.** Ange-
lus domini descendit de celo et
dixit mulieribus que quer-
tis surrexit sicut dixit alla.

Suscipe mihi **Sec.**
nera quoniam domine exul-
tantis ecclesie: et
tui causam tanti gaudij
prestidisti: perpetuum fructum
concede leticie. **Oratio.**

Mitte manum tuam et cognos-
ce loca clauorum alla et noli

esse incredulus sed fidelis al-
leluia alla. **Cōpl.**

Quesumus domine deus
noster: ut sacro-
santa mysteria que pro redem-
ptionis nostre munimine con-
tulisti: et presens nobis re-
medium esse facias et futu-
rum. Per dominum nostrum ihesum.
Dōc p̄ma post oct pasche.

Mercordia
domini plena
est terra
alla uerbo
dei celi firmati sunt

alla alla. **Ps.** Exultate iusti
in domino: rectos decet collau-

Datus. **Gla. coll.**
Eius qui in filij
tui humilitate
iacente mundum creasti: fi-
delibus tuis perpetuam leticia-
m concede: ut quos per-
petue mortis eripuisti ca-
sibus: gaudijs facias se-
piternis perfrui. **Oratio.**

Rex **Petri apli.**
christus passus est
pro nobis: uobis
relinquens exemplum: ut
sequamini uestigia eius.
Qui peccatum non fecit: nec
inuentus est dolus in ore
eius. Qui cum maledice-

Dōc p̄ma post oct pasche.

domini

tur: non maledicebat. Cū pateretur: nō cōmīnabatur. Tradebat autē iudicanti se iniuste: qui pccā nrā ipse ptulit ī corpore suo sup lignū: ut pccā mortui iusticie uiuantus: cuius liuore sanati estis. Gratis enim aliquādo: sicut oues errantes. Sed conuēsi estis nūc: ad pastorem et ep̄m animarū ur̄arū.

Alle. V. Lauda iherlm dñm lauda deū tuū syon. *Alle. V.* Angl's dñi descendit de celo et accedēs reuoluit lapidem et sedebat super eum. *Scdm iohēm.*

Nullo tempe: *Ioan.* tus est ihs ad phariseos dicens. Ego sū pastor bonus. Bon' pastor: aiām suā dat p ouibus suis. Merennarius et qui non est pastor: cuius non sūt oues proprie: uidet lupū uenientem et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit: et dispergit oues. Merennarius autē fugit: quia merennarius est: et non ptinet ad eū de ouibus. Ego sū pastor bonus. Et cognosco meas: et

cognoscat me mee. Sic nouit me pater: et ego agnosco patrē. Et aiām meā pono pro ouibz mei. Et alias oues habeo: que non sūt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere: et uocē meā audient. Et fiet unū ouile: et unus pastor. *off.* Deus d's meus ad te de luce uigilo et in noīe tuo leuabo manus meas all.

Benedictionē *Sā.* dñe nobis conferat salutarem. sacra semp oblatio. ut qd agit mysterio uirtute pfiat. *Per. Cō.* Ego sū pastor bonus allā et cognosco oues meas et cognoscent me mee allā allā. *Compl?*

Desta q's nobis *omps d's:* ut uiuificationis tue grām consequentes: in tuo semp munie glēmur.

T *Dñica. ij.* *Ps.* *U*bilate deo omis terra allā psalmū dicite nomū eius allā date glām laudi ei' allā allā allā. *p.* Dicite deo qm̄ terribilia sūt opa tua dñe: in multitudine uirtutū

Doct. iij.

ena.

*r' ihs
suis*

tue mentient tibi inimici tui.

Eius qui ex **Coll.**

Drantibus ut in
uia possint redi
re iusticie. ueritatis tue lu
men ostendis: da cunctis
qui xpiana pfessione cen
sentur. et illa respicere que
huic inimica sunt nomu:
et ea que sunt apta secta
ri. **D dnm. Petri apli.**

Rmi: Obsecro uos
tamq̄ aduenas
et pegrinos: abs
tinere uos a carnalibus
desiderijs: que militant ad
usus aiā. Conuirsatio
ne uram inter gentes ha
bentes bona: ut in eo qd̄
detrectant de uobis tamq̄
de malefcoribz: ex bonis
opibus uos considerates:
glorificent deū in die ui
sitationis. Subiecti esto
te omni humane creature:
ppter deū. Siue regi: q̄si
precellenti. Siue duabz
tamq̄ ab eo nullis: ad
uindictā malefactor: lau
dem uero bonoz. Quia
sic est uoluntas dei: ut be
nefacientes obmutescē fa
ciatis imprudentiū hoim
ignoranciam. Quasi li
beri: et non quasi uelamē

hntes malicie libertatem:
sed sicut serui dei. Omnis
honorate: fraternitatem
diligite. Deū timete: regē
honorificate. Serui: sub
diti estote: in omni timore
dn̄s. Non tantū bonis
et modestis. sed etiā discoli.

Alla. V. Hec dies quā fecit
dn̄s exultemus et letemur i
ea. **Alla. V.** Surrexit dn̄s

et occurrens mulieribz ait
auete. tunc accesserūt et tenuerūt
pedes eius. **S. ioh̄m.**

In illo tempe: Dixit
ih̄s discipulis suis.
Modici etiam nō
uidebitis me: et iterū mo
dici et uidebitis me: quia
uado ad p̄m. Dixerunt
ergo ex discipulis eius ad
inuiā. Quid est hoc qd̄
dicit nobis modici et nō
uidebitis me. et iterū mo
dici et uidebitis me. et q̄
uado ad p̄m? Dicebant
ergo. Quid est hoc quod
dicit modici? Nescimus
quid loquitur. Cognouit
autē ih̄s quia uolebant
eū interrogare: et dixit ei.
De hoc queritis inter uos.
quia dixi modici et non
uidebitis me. et iterū mo
dici et uidebitis me. Amē

n

Donica quarta.

amen dico uobis: q̄a plo-
 rabitis et flebitis uos.
 Mundus autē gaudebit:
 uos autē contristabimū:
 sed tristitia ūa uertetur
 in gaudiū. Mulier cum
 parit tristitiam h̄t: quia
 uenit hora eius. Cū autē
 peperit pueni: iam non
 meminit p̄surre ppter
 gaudiū: quia natus est
 homo in mūdū. Et uos
 igitur nūc quidē tristitiā
 habetis. Iterū autē uide-
 bo uos: et gaudebit cor
 ur̄m. Et gaudiū ur̄m:
 nemo tollet a uobis. *off.*

*L*auda anima mea dñm
 laudabo dñm in uita mea
 psallam deo meo q̄ndiu ex-

*A*us nob̄ *S̄c̄t.* alla.
 dñe mysterys cō-
 feratur. quo ter-
 rena desideria mitigan-
 tes. discamus amare ce-
 lestia. *P. Co. Modici*
 et nō uidebitis me alla iterū
 modici et uidebitis me q̄a
 uado ad p̄m alla alleluia.

*S*acramēta *cōpl.*
 que sūplimus
 quesumus dñe
 et spiritalibus nos instru-
 ant alimentis: et corpo-
 ralib; tueant auxilijs. *P.*

*D*icitur *Doc*
 Autate dño
 cantici no-
 uū alla q̄a
 mirabilia
 fecit dñs all.

ante conspectū gentiū reuela-
 uit iusticiā suā alla alla. *ps.*
 Saluauit sibi dextera eius: et
 brachiū sc̄m eius. *Collca.*

*D*eus qui fidelium
 mentes unius ef-
 fias uoluntatis:
 da pplis tuis id amare
 qd̄ precipis: id desiderare
 qd̄ pmittis: ut inter mū-
 danas uarietates ibi nra
 fixa sint corda: ubi uera
 sūt gaudia. *P. Jacobi a.*

*R*ati optimū et om̄e
 donū pfertū desur-
 sū est: descendens a patre
 luminū. Apud quē non
 est transmutatio: nec ui-
 cissitudinis obumbratio.
 Voluntarie enī genuit
 nos uerbo ueritatis: ut si-
 mus inuicū aliqd̄ creatu-
 re eius. Satis fr̄s mei di-
 lectissimi. Sit autē om̄is
 homo uelox ad audien-
 dū: tardus autē ad loquē-
 dū: et tardus ad irā. Ira
 enī uiri: iusticiā dei non



opatur. Propter quod abiciētes oēm inmundiciā et habundanciā malicie: in mansuetudine suscipite in seipsum iūbū: quod potest saluare aīas uestras.

Alla de scia

Dant

Alla. V. lauda iherlm dñm lauda deū tuū syon. **A**lla. V. Nonne cor nr̄m ardens erat in nobis de ih̄u dñi loqueret nobis i uia. **S̄ ioh̄a**

In illo tempe: **nam.** Dicit ih̄s discipulis suis. Vado ad eum qui misit me: et nemo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia hec locutus sū uobis: iusticia impleuit cor ur̄m. Sed ego ueritatem dico uobis: expedit uobis ut ego uadam. Si enī non abiēro: paraditus non ueniet ad uos. Si autē abiēro: mittam eū ad uos. Et cū uenerit: ille arguet mūdū de p̄ccō: et de iusticia et de iudicio. De p̄ccō quidē: quia nō crediderunt in me. De iusticia uero: quia ad p̄m uado: et iam nō uidebit me. De iudicio autē: quia p̄nceps huius mūdi iudicatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere: sed

non potestis portare modo. Cū autē uenerit ille sp̄s ueritatis: docebit uos oēm ueritatē. Non enī loquetur a semetipso: sed quecūq; audierit loquetur: et que uentura sūt annūciabit uobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: et annūciabit uobis. Omnia quecūq; h̄t pater: mea sūt. Propterea dixi: quia de meo accipiet: et annūciabit uobis.

crit

Off. **T**ribulate deo uniuersa terra tribulate deo uniuersa terra psalmū dicite nōi eius. uenite et audite et narabo uobis om̄s qui timetis deū quāta fecit dñs aīe mee

Deus q̄ **S̄c̄.** alla. **D**nos p̄ huius sacrificij ueneranda cōmercia unius sūmeq; diuinitatis p̄cipēs effecisti. p̄ia q̄s: ut sicut tuā cognoscimus ueritatē. sic eam dignis moribus assequimur. **P. cō.**

Qu uenerit paraditus sp̄s ueritatis ille arguet mūdū de p̄ccō et de iusticia et de iudicio alla alla. **Compl.**

Adesto dñe deus noster: ut p̄ hec

ay

usq
oim

que fideliter suplimus.
 et purgemur a uicis?
 et a pcculis omib; euamur.
P. dñm. Prima die
Capli infitus. Sps dñi.
 Hymel' dñe. **G**la in ex
 cellis dñis. **O**ro. **D**eus q
 corda fidelu. Suffra colue
 ta in festis. **P**rimu Alla. Sur
 rent. **S**cdm Alla. Veni sce sp.
 Credo no di. Incensu no ado
 letur. **P**refo dñis. **C**etera
 sicut in die penthec. **S**cdm
die. **S**alue sca. **H**ymel'
 dñicale. **G**la in excellis.
 dñiculis. **P**mu Alla. **V**ost
 pñi. **S**cdm Alla. **N**one cor.
 Ceta sicut in sabbis. **N**o.
Oro. **D**eus q corda. **u**l. **O**ro.
Pretende. in omi nulla di
 cenda est. **T**ercia die **ist?**
Salus ppli. **H**ymel' **fiat**
Gla in excellis **tacetur.** **O**ro.
Deus a quo sca. cu alijs con
 suentis. et **O**mp's f d's q uiuor.
Epla libu helodie. **Q**ueso dñ.
Primu Alla. **Q**ui posuit. **u**l.
Alla. **A**ngls dñi. **E**uim. **O**s
 uam hebit amicu. **O**ff. **S**i
 ambulauo. **C**o. **T**u mada
 ti. **R**eqre cu introitu. **u**l. **s.**

Dor. **u**ij.
Ocem ioan
 ditatis annu
 nate et exau

diatur alla nuicate usq; ad
 extremu terre libauit dñs
 pplm suu alla alla. **P.** **Ju**
 bilate deo ois terra psalmu
 dicite noi eius date glam

Daudi eius. **Colle.**
Deus a quo bona
 cuncta procedut?
 largire supplicib; ut cogi
 temus te inspirante que
 recta sut. et te gubernan
 te eadem faciamus. **Per.**

Rmi: **Jacobi apli.**
Estote fcores ubi?
 et non auditores
 tm: fallentes uosmetip
 sos. **Q**uia si quis audi
 tor: est ubi et non factor:
 hic compabitur uiro co
 sideranti uultu natui
 tatis sue in speculo. **C**o
 siderauit eni se et abiit:
 et statim oblitus est qñ
 fuerit. **Q**ui aute pspere
 rit in lege pfecte liberta
 tis et pmanerit in ea:
 non auditor obliuofus
 fuis sed fcor: opis: hic be
 atus in fco suo erit. **S**i qñ
 aute putat se religiosu
 esse non refrenans lingua
 sua: sed seducens cor su
 um: huius uana est re
 ligio. **R**eligio munda et
 imaculata apud deum

tuib



Alla de feia

Damat

et piem hec est: uisitare pu-
pillos et uiduas in tribu-
lacione eor: et imacula-
tum se custodire ab hoc
seculo. **Alla. V.** Hec dies qm
fecit dñs exultemus et letemur
in ea. **Alla. V.** Angelus dñi
descendit de celo et accedens re-
uoluit lapidem et sedebat su-
per eum. **Scdm iohannē.**

In illo tempe: Dixit
ihs discipulis suis.
Amen amen dico
uobis: si quid petieritis
patrem in nomine meo:
dabit uobis. **U**sq; modo
non petistis quicq; i no-
mine meo. **P**etite et acci-
pietis: ut gaudiū ur̄m
sit pleniū. **H**ec in prouibys
locutus sum uobis. **V**e-
nit hora cū iam non in
puerbys loquar uobis:
sed palam de patre meo
annūciabo uobis. **I**llo
die in nomine meo pete-
tis. **E**t non dico uobis:
quia ego rogabo patre
de uobis. **I**pse enī pater
amat uos quia uos me
amatis: et credidistis
quia ego a deo exiui. **E**xi-
ui a patre: et ueni in mū-
dū. **I**terum relinquo mū-
dū: et uado ad patrem.

fh6

Dicunt ei discipuli eius.
Ecce nūc palam loqris:
et puerbiū nullū dicas.
Nunc scimus quia scis
om̄ia: et non est opus
tibi ut quis te interroget.
In hoc credimus quia a
deo existi. **Off.** **B**enedi-
cite gentes dñm deū nr̄m et
obaudite uocē laudis ei:
qui posuit animā meā ad
uitā et non dedit comoue-
ri pedes meos benedictus do-
minus qui non amouit de-
precationē meā et misericordīā
suam a me **alla. Secret.**

Suscipe dñe fidelū
p̄ces cū oblationi-
bus hostiarū. ut
per hec pie deuotionis of-
ficia ad celestem glām
transeamus. **Per. Cō.**

Cantate dño alla canta-
te dño et benedicite nomē
eius annūciate de die in di-
em salutare eius alla alla.

Atribue nob̄ **cōpl.**
dñe celestis men-
se uirtute faciat:
et desiderare que recta sūt.
et desiderata papere. **Per**

In diebus ro-
ganonum.
raudiuit de tē-
plo sancto suo

fh6 ii

ay

uocem meā allā et clamor
meus in conspectu eius in
trouit in aures eius allā
allā. **P.** Diligam te dñe uir
tus mea: dñs firmamentū
meū et refugiū meū et libe
rator meus. **Gloria. Coll.**

Inestabilem miseri
cordiam tuā dñe
nobis clementer
ostende: ut simul nos et
a peccatis eruas: et a penis
et a tribulationib; q̄s
pro hys meremur eripi
as. **Per. Jacobi apli.**

Rñū: Confitemi
alterutrū pecca
ta uīa: et orate
pro inuicem ut saluemini.
Miltū enim ualeat: dep
catio iusti assidua. He
lyas erat homo similis
nobis passibilis: et ora
tione orauit ut nō plue
ret sup terram. et nō plu
it annos tres et menses
sex. Et uisū orauit. et ce
lum dedit pluuiam: et
terra dedit fructū suum.
Si quis autē errauerit ex
uobis a ueritate et conu
terit quis eum: scire debet
qm̄ qui conuerti fecerit pec
catorem ab errore uie sue
saluabit aīam eius a

morte: et operit multi
tudine peccator. **Alla.**

V. Confitemi dño qm̄ bo
nus: qm̄ in sc̄lm̄ misericordia
eius. **S. Lucam.**

In illo tempore:
Dixit ihs discipu
lis suis. Quis uirū habe
bit amicum. et ibit ad illum
media nocte et dicet illi. a
mice comoda michi tres
panes. qm̄ amicus meus
uenit de uia ad me. et nō
habeo qd̄ ponā ante illū.
et ille deintus respondens
dicat noli michi molestus
esse. iam enī ostiū clausū
est. et pueri mei meū sūt
in cubili. non possū sur
gere et dare tibi. Et ille si
pseuerauerit pulsans: et
si non dabit illi surgens
eo qd̄ amicus eius sit: pp
ter improbitatem tamē
eius surget: et dabit illi
quotq̄ habet necessario.
Et ego uobis dico. Peti
te: et dabitur uobis. Que
rite: et inuenietis. Pulsa
te: et aperietur uobis.
Om̄s enim qui petit ac
cipit: et qui querit inue
nit: et pulsanti aperiet.
Quis autē ex uobis pa
trem petit panē. nūquid

Sed; Alla. Angel' dñi.
ut 7 latē p̄cedē

Dico uobis

lapidem dabit illi: Aut pis-
cem: nūquid pro pisce
serpentē dabit illi: Aut si
petierit ouū: nūquid por-
riget illi scorpiōnem: Si
ergo uos cū sitis mali nol-
tis bona data dare filijs
uīris: quātomagis pater
uester de celo dabit spū-
tū bonū petentib; se. *off.*

Confitebor dño nūmus
in ore meo et in medio mul-
torū laudabo eū qui assistit
ad dexterā pauperis ut sal-
uā faciat a psequētib; a-
mā meā alla. *Secreta.*

Durificet nos dñe
q̄s muneris p̄sen-
tis oblatio. et dig-
nos sacra p̄cipatione
perficiat. *P̄ dñm. Cō.*

Petite et accipietis quāte
et inuenietis pulsate et ape-
rietur uobis om̄is qui petit
accipit et qui querit inuenit
et pulsanti aperiatur alla.

Festa dñe *Cōpl.*
q̄s: ut terrenis
affectib; expiati:
ad sup̄ni plenitudinem
sacramenti cuius libam-
mus sc̄a tendamus. *P̄*
dñm n̄m ih̄m xp̄m fi-
liū tuū. qui tecū uiuit. *̄.*

In vigilia ascens dñi.

Omnes gentes
plaudite ma-
nib; iubilate
deo in uoce ex-
ultationis all. all.

ps Subiecit p̄p̄los nobis: et
gentes sub pedib; n̄is. *coll.*

Festa q̄s om̄ps
deus pater: ut
n̄re mentis in-
tentio quo solemnitate
hodiernie gl̄osus auctor
ingressus est semp̄ in tē-
dat: et quo fide pergit:
conuisione pueniat.

Deinde. It̄ actiū ap̄loz.

In dieb; illis: mul-
titudinis credenti-
um erat cor unū:
et anima una. Nec quis
qm̄ eoz que possidebat
aliquid suū esse dicebat:
sed erant illis om̄ia cō-
munia. Et uirtute mig-
na reddebant apli testi-
monū resurrectionis
ih̄u xp̄i dñi n̄i: et gr̄a
magna erat in om̄ib;
illis. Neq; enī quisq;
egens erat inter illos:
Quotq; enī possessores
domoz aut agroz erat:
uidentes afferbant
p̄cia eoz que uendebat:
et ponebant ante pedes

entib.
nat.

aploꝝ. Diuidebat autē
singulis: prout cuiq; o-
pus erat. **Alia.** Ascen-
dit deus in iubilatione
et dñs in uoce tube. **S. i. uo.**
In illo tempo **hem.**
re: Subleuatis ih̄s
oculis in celū: dixit.
Pater uenit hora: clari-
fica filiū tuū: ut filius
tuus clarificet te. Sicut
dedisti ei potestate om̄is
carnis: ut om̄e qd̄ dedis-
ti ei det eis uitam et̄nā.
Hec est autē uita et̄rna:
ut cognoscant te solum
uerū deū: et quē misisti
ih̄m xp̄m. Ego te clari-
ficauī sup̄ terrā: opus
consummaui qd̄ dedisti
michi ut faciam. Et nūc
clariifica tu me pater a-
pud te metip̄m: clarita-
te quā habui priusq̄m
mundus esset apud te.
Manifestaui nomen
tuū hominib;: q̄s dedisti
michi de mūdo. Tui e-
rant: et michi eos dedis-
ti: et sermone tuū ser-
uauerūt. Nūc cognoue-
rūt quia om̄ia que de-
didisti michi abs te sunt:
quia uerba que dedisti
michi dedi eis. Et ip̄i ac-

ceperunt. Et cognouerūt
uere quia a te exiui: et
crediderunt quia tu me
misisti. Ego pro eis ro-
go. Non pro mūdo rogo:
sed pro hys quos dedisti
michi: quia tui sūt. Et
om̄ia mea tua sūt: et
tua mea sūt: et clari-
ficatus sū in eis. Etiam
non sum ī mūdo. Et hui
in mūdo sūt: et ego ad
te uenio. **Off.** Ascen-
dit deus in iubilatione dñs ī

Off. Qui galilea.
nat.

Suoce tube alla. **S. i. uo.**
sacrificiū dñe pro
filiū tuū supplices
uenerabili quā preueni-
mus nūc ascensione de-
ferimus. p̄ra q̄s. ut et̄no
per ip̄m hys com̄ercijs
sacrosc̄is ad celestia cō-
surgamus. Qui tecum.
Pater cū essem cū eis **Co.**
ego seruabam eos q̄s dedisti
michi alla nūc autē ad te
uenio non rogo ut tollas
eos de mūdo sed ut serues eos
a malo alla alla. **Copt.**

Tribue q̄s dñe: ut
per hec sacra que
sup̄sumus illuc
tendat nr̄e deuotōis affec-
tus: quo tecum est nr̄a
substantia. **Dom̄m nr̄m.**

Illis r̄ filij



In die Ascensionis dñi.

Ubi galilea quid
amiramini aspi
cientes in celum
alla queadmo
dū uidistis eū ascendente in
celū ita ueniet alla alla all.

ps. Omnis gentes plaudite
manibus: iubilate deo in uoce

Coll.

Quæde q̄s omp̄s
deus: ut qui ho
dierna die unigenitum
tuū redemptorem n̄m
ad celos ascendisse credi
mus: ip̄i quoq̄ mente
in celestib; habitent. **P**

Cūq̄ itauerent in celū
cuncte illū are duo uiri
asiterūt iuxta illos in
vestib; albis q̄ r̄ dixerūt.
Infra ebdōz p̄. Om̄es
gentes. r̄.

eundē. Iō actiū ap̄lōz.

Dominū quidē ser
monē fecit de om̄i
bus o theophile:
que cepit ih̄s facere et docē:
usq̄ in diem qua p̄cipēs
ap̄lis p̄ sp̄m sc̄m quos ele
git assumptus est. Quib; et
prebuit seipm̄ uiuū post
passionē suā: in multis
argumentis p̄ dies qua
draginta apparens eis: et
loquens de regno dei. Et
conuolens precepit eis
ab ihero solomus ne disce
derent: sed exspectarent
p̄missionē patris quā
audistis inquit p̄ os me
um. Quia ioh̄es quidē
baptizauit aqua: uos
autē baptizabimū sp̄u
sc̄o non post multos ho
dies. Igitur qui cōuene
rant: interrogabant eū
dicentes. Dñe: si in tem
pore hoc restitues regnū
israel: Dixit autem eis.
Non est ur̄m noscē t̄p̄a
ul' momenta que pater
posuit in sua potestate:
sed accipietis uirtutē su
p̄uenientis spiritus sc̄i i
uos: et eritis michi testes
in iherlm̄. et in om̄i iu
dea et samaria: et usq̄

ru

ad ultimum terre. Et cum
hec dixisset: uidentibus il
lis eleuatus est: et nubes
suscepit eum ab oculis eorum.
Cumque intuerentur in ce
lum euntem illum: ecce duo ui
ri ascenderunt iuxta illos in
uestibus albis: qui et dix
erunt. Viri galilei: quod sta
tis aspicientes in celum?
Hic ihesus qui assumptus est
a uobis in celum: sic ueniet
quemadmodum uidistis eum
euntem in celum. **Alleluia.**

iiiiij.
ascendit.
is estur.
cxix.

V. Dominus in synai in seculo ascen
dens in altum captiuam duxit
captiuitatem. **Alleluia. V.**

pasch. die
si die p
ebdom.

Non uos relinquit orphano
uado et uenio ad uos et gau
debit cor uestrum. **S. marci.**

pas.

In illo tempore:
recumbentibus
vnde discipulis:
apparuit illis ihesus. et repro
brauit incredulitatem illo
rum et duriciam cordis: quia
hys qui uiderant eum resur
rerisse non crediderunt.
Et dixit illis. Euntes in
mundum uniuersum: predicare
euangelium omni creature.
Qui crediderit et bap
tizatus fuerit: saluus erit.
Qui uero non crediderit:
condempnabitur. **Sig**

na autem eos qui crediderunt
hec sequentur. In nomi
ne meo demonia eicient:
linguis loquentur nouis:
serpentes tolleant. Et si mor
tiferum quid biberint: non
eis nocebit. Super egros ma
nus imponet: et bene ha
bebunt. Et dominus quidem ihesus
postquam locutus est eis:
assumptus est in celum: et se
det a dextris dei. Illi autem
perfecti predicauerunt ubique:
domino cooperante: et sermo
ne confirmante sequen
tibus signis. **off.** **Asc**
cendit deus in iubilatione dominus
in uoce tube alleluia. **Secreta.**

Credo de
et

Suscipe domine munera
que pro filij tui
gloriosa ascensione
deferimus. et concede propi
tius. ut a presentibus peri
culis liberemur. et ad ui
tam producamur eterna.

De eundem. Pfatio. Qui post
resurrectionem suam. **Requi**
re in suo loco. et **Coicantes.**

Et de p. octm

de ipso die tm

Psallite domino qui ascen
dit super celos celorum ad
orientem alleluia. **Compl.**

Dextera nobis quod
omnipotens et miseri
coris deus: ut que
uisibilibus mysterijs su

17.
Totum usq; in die.

¶ Istud officium dicitur
sola et sex

dicuntur

in uita pcepimus: inuisi-
bili consequamur effec-
tu. **P. Dominica infra octavas.**

Saudi dñe
uocē meam
qua clama-
ui ad te alla.
tibi dixit cor
meū quesiui

uultū tuū. uultū tuū dñe
requira ne auertas faciem
tuam a me alla alla. **ps.**

Dñs illuīnatio mea: et sa-
lus mea quē timebo. **Coll.**

Om̄ps sempiternē
deus fac nos tibi
semp et deuotā
gerere uoluntatē: et ma-
iestati tue sincero corde
seruire. **Ordo. Itē eplē bñ**

Restote prudentes:
et uigilate in ora-
tionib;. Ante om̄ia autē
mutuā in uobismetip-
sis caritatem continuā
habentes: quia caritas
operit multitudinem
peccatorū. Hospitales in
uicem: sine murmura-
tione. Unusquisq; sicut
grām accepit in alteru-
trū illam administran-
tes: sicut boni dispensa-
tores multiformis grē

dei. Si quis loquitur: q̄si
sermones dei. Si quis mi-
nistrat: tamq̄ ex uirtute
qm̄ administrat deus: ut
in om̄ib; honorificetur
deus. Per ih̄m xp̄m dñm
nostrū. **Alla. V. lauda**
anima mea dñm laudabo
dñm in uita mea psallam
deo meo q̄ndiu ero. **Alla.**

**V. Non uos relinqm̄ orpha-
nos uado et uenio ad uos
et gaudebit cor uestrū. Alla.**

In illo tpe: **S. ioh̄m.**
Dixit ih̄s discipulis
suis. Cum uenerit
pactus quem ego mit-
tam uobis a patre: sp̄m
ueritatis qui a patre pro-
cedit: ille testimoniū p̄-
hibebit de me. Et uos tes-
timoniū p̄hibebitis: q̄a
ab inicio meū estis. Hec
locutus sū uobis: ut nō
scandalizem̄. Absq; sy-
nagogis facient uos.
Sed uenit hora: ut oīs
qui interficiat uos arbi-
tretur obsequiū se presta-
re deo. Et hec facient uo-
bis: quia non nouerūt
patrem neq; me. Sed h̄
locutus sum uobis: ut
cum uenerit hora eorū
reminiscentiū: quia ego

Alia p̄m
Ascendit
de cur

dñm
Dñs i
sp̄m

v̄
v̄

Vua ga
lei cxx

dixi uobis. **Off.** Lau
da anima mea dñm lauda
bo dñm in uita mea psalla
do meo qñdiu ero alla.

Sacrificia nos sc̄.
dñe imaculata
purificent. et men
tibus nr̄is supne gracie
dent uigorem. **Per. Cō.**

Pater cū essem cū eis ego
seruabam eos quos dedisti
michi alla nūc autē ad te
uenio. non rogo ut tollas
eos de mūdo. sed ut serues eos
a malo alla alla. **Cōpl.**

Repleti dñe mu
neribus sacris:
da quesumus:
ut in graciariū semper
actione maneamus. **P.**

In octā ascens̄ sicut in die.



In vigilia penthecostes. I.

In diebus illis: **I.**
Temptauit d̄s
abraham et dixit
ad eum. Abraham
abraham. Et il
le respondit. Assū. At illi.
Colle filiū tuū unigenitū
quem diligis ysaac: et
uade in terram uisionis:
atq; offer eum ibi in ho
locaustu: sup unū mon
tū quem monstrauero
tibi. Igitur abraham de
nocte consurgens strauit
asinū suū: ducens secū
duos iuuenes: et ysaac
filiū suū. Cumq; conce
disset ligna in holocausti
um: abiit ad locū quē
preceperat ei deus. Die at
tertio: eleuatis oculis ui
dit locū prociū. Dixitq;
ad pueros suos. Expecta
te hic cū asino: ego et pu
er illuc usq; pperantes:
postq; adrauerimus re
uertemur ad uos. Tulit
quoq; ligna holocausti:
et imposuit sup ysaac fi
liū suū. Ipse uero: porta
bat in manib; ignem et
gladium. Cumq; duo p
gerent siml: dixit ysaac
patri suo. Paterni. At

no di in diebz ill.

suib

151
ille inquit. Quid uis fili?
Ecce inquit ignis et ligna:
ubi est uictima holocausti.
Dixit abraham. Os
uidebit sibi uictima ho-
locausti filii mei. Agebant
ergo pariter: ueneruntque
ad locum quem ostenderat ei
deus. In quo edificauit al-
tare: et desuper ligna com-
posuit. Cumque colligasset
ysaac filium suum: posuit eum
in altari super struem ligno-
rum. Extenditque manum et
arripuit gladium: ut immo-
laret filium suum. Et ecce an-
gelus domini de celo clama-
uit: dicens. Abraham abraham.
Qui respondit. Assum.
Dixitque ei. Non extendas
manum tuam super puerum:
neque facias illi quicquam.
Nunc cognoui quod time-
as deum: et non pepulisti fi-
lio tuo unigenito propter
me. Leuauit abraham o-
culos suos: uiditque post
tergum arietem: in uepres
herentem cornibus. Quem
assumens: obtulit holo-
caustum pro filio suo. Ap-
pellauitque nomen loci il-
lius: dominus uidet. Unde us-
que hodie dicitur: in mon-
te dominus uidebit. Vocauit

autem angelus domini abraham
sedo de celo: dicens. Domine
metipsum iuravi dicit dominus:
quia fecisti rem hanc. et
non pepulisti filio tuo uni-
genito: benedicam tibi:
et multiplicabo seminem tuum
sicut stellas caeli: et uelut
arenam que est in litore
maris. Possidebit semen
tuum portas inimicorum suo-
rum: et benedicentur in se-
mine tuo omnes gentes terre:
quia obedisti uoci mee.
Reuersusque est abraham
ad pueros suos: abiit
que barlaabee simul: et ha-
bitauit ibi. *Oremus. tm.*

Deus qui in *Coll.*
Abrahe famuli
tui ope humano
generi obediencie exem-
pla prebuiti: concede no-
bis et nostre uoluntatis pra-
uitatem frangere: et tuo-
rum preceptorum rectitudinem
in omnibus adimplere. *Per*

Le. ij.
In diebus illis:
scripsit moyses
canticum: et docu-
it filios israel. Precepitque
dominus iosue filio nun: et a-
iit. Confortare et esto ro-
bustus: tu enim introdu-
ces filios israel in terram

+ De qua nobis per prophetam oratur. *ut i. late*
septi

quā pollicitus sū: et ego ero tecum. Postq̄m ergo sc̄p̄ sit moyses uerba legis huius in uolumine atq̄ compleuit: p̄cepit leuitis qui portabant archam fedens dñi dicens. Tollite libruū istū. et ponite illum in latere arche fedens dñi dei v̄ri: ut sit ibi contra te in testimoniuū. Ego enī sc̄o contentionē tuā: et ceruicem tuā durissimā. Adhuc uiuente me et ingrediente uobiscū: semp̄ contentiose egisti contra dñm. Quātomagis cum mortuus fuero? Congregate ad me om̄s maiores nati per tribus ūras atq̄ doctores: et loquar audientibus eis sermones istos: et inuocabo contra eos celū et terram. Noui enī qd̄ post mortē meam inique ageris: et declinabitis cito de uia quā p̄cepi uobis. Et occurrent uobis mala in extremo tempore: quādo feceritis malū in conspectu dñi: ut iriretis cum p̄ opera manuuū uestraz. Locutus est ergo moyses audiente uniuerso ceteri filioꝝ isrl̄

uiba carminis huius: et ad finem usq̄ compleuit. **Attende celū et loquar.** **Et** audiat terra uerba ex ore meo. **V.** Expectetur sicut pluuia eloquii meū et descendat sicut ros uiba mea. **V.** Sicut ymber sup gramina et sicut nix super fenū quia nomen dñi inuocabo. **V.** Date magnitudinē deo n̄ro deus uera opera eius et om̄s uie eius iudicia. **V.** Deus fidelis in quo non est iniquitas iustus et sc̄us

Dominus. **Collecta.** Deus qui nobis per p̄phetarū ora p̄cepisti temporalia relinquere: atq̄ ad eterna festinare: da famulis tuis ut que a te uisita cognouimus: implere celesti inspiratione ualeamus. **P.**

Ec. iij. **A**pprehendent septem milieres. **Regre in uigilia pasche. cū** **U. Vine**

D facta. **Collecta.** Deus qui nos ad hanc celebrandā festiuitatem utriusq̄ testamenti paginis instruit: da nobis intelligere misericordiam tuā: ut ex p̄ceptione p̄sentū muneri: firma sit expectatio futu

S
v̄at

157
rorum. **P** dñm. **Itē. iij.**
Hodi usq̄ mandata
uite: et auribus
pape ut scias pru-
denciam. Quid est israel
qd̄ in terra inimicor̄ es:
inueterasti in terra aliena:
conquinatus es cū mor-
tuus: deputatus es cum
hys qui in inferno sunt.
Dereliquisti fontē sapie.
Nam si in uia deiambu-
lasses: habitasses utiq̄
in pace sup̄ terram. Disce
ubi sit sapiencia: ubi sit
uirtus: ubi sit prudētia:
ut scias siml' ubi sit lon-
gicūria uita: ubi sit lu-
men oculor̄ et pax. Qs
inuenit locū eius: et qs
introuit in thesauros e-
ius. **U**bi sunt principes
gentiū: et qui dominā-
tur sup̄ bestias que sunt
in terra: Qui in auribus
celi ludunt: qui argentū
thesaurizant. et aurum ī
quo confidunt homines:
et non est finis possessio-
nis eor̄. Qui argentum
fabricant et solliciti sūt:
nec est inuentio operum
illoz. Et tamen exani-
mati sūt et ad inferos des-
cenderūt: et alij in locum

uita6 vite

illoz surrexerunt. Iuue-
nes uiderunt lumen: et ha-
bitauerūt sup̄ terra. **V**ia
autē discipline nescierūt:
neq̄ intellererunt semitas
eius: neq̄ susceperūt eam
fily eor̄. **A** facie illoz lon-
ge facta est. Non est audita
in chanaan: neq̄ uisa ī
theman. **F**ily quoq̄ agar
qui exquirunt prudēciā
que de terra est: negociātes
terre theman. et fa-
bulatores et exquiritores
prudēcie et intelligēcie.
Viam autē sapie nescie-
rūt: neq̄ meminerūt se-
mitarum eius. **I**srael
qm̄ magna domus dei:
et ingens locus possessio-
nis eius. **M**agnus: et nō
habet consumationem.
Excellus: et imensus. **I**
bi fuerunt gygantes no-
minati: illi qui ab in-
cio fuerūt statura mag-
na: scientes bellū. Non
hos elegit dñs: neq̄ uia
discipline inuenerunt:
p̄pterea perierūt. Et qm̄
non habuerūt sapiam:
interierūt p̄pter suam ī-
sipientiam. **Q**uis ascē-
dit in celos et accepit eā:
et deduxit de nubibus:

et

*Et dicit carus
ut an coll'
coll' Cōcede. et p?
qre cxiii.*

Quis transfretavit ma-
re et inuenit eam? et at-
tulit eam sup aurū elec-
tum? Non est qui sciat
uiam eius: neq; qui exco-
gitet semitas eius. Sed
qui scit uniuersa nouit il-
lam: et adinuenit eam
prudencia sua. Qui pfe-
cit terram in sempiter-
no tempore: et adimple-
uit eam pecudibus. Vo-
cauit eam: et audiuit eū
cū tremore. Stelle autē
dederunt lumen in custo-
dijs suis: et letate sunt.
Vocate sūt: et dixerunt. *Al-*
sumus. Et luxerūt ei cū
iocunditate. Qui fecit il-
las? hic est deus noster:
et non estimabitur ali-
us ad illū. Hic adinue-
nit oēm uā discipline:
et dedit illam iacob pue-
ro suo: et isrl' dilecto sibi.
Post hec sup terrā iustus
est: et cū homibus conū-
satus est. *Itē.* Sicut cer-
uus desiderat ad fontes aqua-
rum ita desiderat anima mea
ad te deus. *V.* Situit aīa mea
ad deū uiuū qñdo ueniam et
apparebo ante faciem dei mei.
V. fuerunt michi lacrimae mee
panes die ac nocte dū dicit

michi p singulos dies ubi est
deus tuus. *Collā.*
Deus incommutabi-
lis uirtus: lumen
eternū: respice propicius
ad totius ecclesie mirabi-
le sacramentū: et da fa-
mulis tuis. ut hoc quod
deuote agimus: etiam
rectitudine uite teneam?
Per. *Sequit' letania q' ha-*
betur in uigilia pasche. Ad
missa. *Ex ynel' ter. A pe-*
leyson. ter. Ex ynel' ter.
Gloria in excelsis deo. Itē.
Dñs uobiscū. Oremus.
Desta q's *Collā.*
omps deus: ut cla-
ritatis tue super
nos splendor effulgeat:
et lux tue lucis corda eorū
qui per grām tuā renati
sūt. scī spūs illustratione
confirmet. *Per dñm. in*
unitate eiusdē. Itē actiū
in dieb; ill' aploz.
L factū est cū apollo
esset corinthi: et
paulus pagratis supio-
rib; ptibus ueniret ephe-
sum: et inueniret quos-
dam discipulos. Dixitq;
ad eos. Si spm sanctū
accepistis credentes? At
illi dixerunt ad eū. Sed

i terra

nea
vāt

neq; si spūs scūs est audi-
uimus. Ille uero ait. In
quo ergo baptizati estis?
Qui dixerunt. In iohis
baptismate. Dixit autē
paulus. Iohēs quidē bap-
tizauit baptismo penitē-
cie ppli: dicens in eū
qui uenturus esset post
ipm ut crederent: hoc est
in ihm. Hys auditis:
baptizati sūt in nomine
dñi ihu. Et cū imposu-
isset illis manus paulu:
uenit spūs scūs sup eos:
et loquebantur linguā
et pphetabant. Erant
autē omīs uiri fere duo-
decim. Ingressus autem
synagogam: cū fiducia
loquebatur p tres men-
ses: disputans et suadēs
de regno dei. **Alia. V. Co-**
fitemini dño qm bonus
qm in scdm misericordia eius.
Laudate dñm omīs ff.
gentes et collaudate eum
omīs ppli. V. Qm confir-
mata est sup nos misericordia
eius et ueritas dñi manet
in eternum. S. iohannē.
Nullo tempe: Dixit
ih̄s discipulis su-
is. Si diligitis me:
mandata mea seruate.

Et ego rogabo p̄rem me-
am: et aliū pacitum da-
bit uobis. ut maneat
uobiscum in eternū: spi-
ritū ueritatis quē mūdus
non potest accipere: quia
non uidit eū neq; scit eū. ^{ner}
Vos autē cognoscetis eū:
quia apud uos manebit:
et in uobis erit. Non re-
linq̄m uos orphanos:
ueniam ad uos. Adhuc
modicū: et mūdus me-
iam nō uidet. Vos autē
uidetis me: quia ego ui-
uo et uos uiuetis. In il-
lo die uos cognoscetis q̄a
ego in patre meo: et uos
in me: et ego in uobis.
Qui habet mandata
mea et seruat ea: ille est
qui diligit me. Qui autē
diligit me: diligetur a
patre meo. Et ego diligā
tū: et manifestabo ei me-
ipm. **off. M**itte spi-
ritū tuū et creabuntur. et
renouabis faciem terre.
sit glā dñi in sc̄la alleluia.
Munera q̄s **Sc̄re.**
dñe oblata sanc-
tifica. et corda
nra sa spiritus illustra-
tione enūda. **o dñm.**
in unitate eiuscē. **p̄fatō.**

Et hanc usque de festo usque ad festam quanta
diuinitur inclusit.

ax

Qui ascendens super omnia
Coiscantes et diem Regre
in suo loco. **Co.** **U**ltimo
festiuitatis die dicebat ih̄s
qui in me credit flumina de ue-
tre eius fluent aque uive.
hoc autē dixit de spiritu que
acceptur erant credentes in
eum alla alla. **Compl.**

Sancti spūs dñe
corda nr̄a mūdēt
infusio? et sui ro-
ris intima aspersione fe-
cundet. **D dñm. eiusdem.**



Spiritus dñi
repleuit orbē
terrarū alla
et hoc qd̄ con-
tinet omnia
sacram̄ta h̄t uocis alla alla
alla. **p.** Erungat deus et dis-
sipentur inimici eius: et fu-
giant qui oderunt eum a
facie eius. **Gloria. Coll.**

Deus qui hodie
na die corda fide-
liū sancti spūs
illustratione docuisti: da
nobis in eodem spiritu
recta sapere: et de eius
semper consolatione gau-
dere. **D dñm. eiusdem. Incio**

Domi actiū ap̄loꝝ.
compleverunt
dies penthecol-
tes: erant om̄s discipuli
pariter in eodem loco.
Et factus est repente de celo
sonus tamq̄ aduemen-
tis spūs uehementis: et
repleuit totam domū
ubi erant sedentes. Et
apparuerunt illis dis-
p̄tite lingue tamq̄ ignis:
seditq̄ supra singulos eo-
rum. Et repleti sūt om̄s
spiritu sancto: et ceperūt
loqui uarijs linguis: p̄-
ut spūs sc̄us dabat eloqui

In diebz ill'

illis. Erant autē in iheru-
salem habitantes iudei
uiri religiosi: ex omni na-
tione que sub celo est. fac-
ta autem hac uoce: cōue-
nit multitudo. et mente cō-
fusa est: qm̄ audiebat u-
nuiquisq; lingua sua il-
los loquentes. Stupebāt
autē om̄s: et mirabant̄
ad inuicē dicentes. Nonne
ecce om̄s isti qui loquūt̄
galilei sunt? Et q̄modo
nos audiuimus unusq; q;
linguā nr̄am in qua
nati sumus? Parthi: et
medi: et elamite: et qui
habitant mesopotami-
am: uideam et capadoci-
am: ponthū et asyam:
frigiam et pamphiliā:
egyptū et ptes libie que
est circa cyrenen: et ad-
uene romani. Iudei q; q;
et proseliti: cretes et ara-
bes. Audiuimus eos lo-
quentes nr̄is linguis nū-
nalia dei.

Alla. **V.** Emit-
te sp̄m tuū et creabuntur et
renouabis faciem terre.
Alla. **V.** Veni sc̄e sp̄s re-
ple tuoz corda fidelium et
tui amoris in eis ignem ac-
cende. **A**lla. **S. ioh̄em.**
Nullo tempore: Dixit

ih̄us discipulis suis. Si
quis diligit me: sermo
nē meū seruabit. Et pa-
ter meus diliget eū: et ad
eū uenemus. et mansio-
nem apud eū faciemus.
Qui non diligit me: ser-
mones meos non seruat.
Et sermonē quē audistis
non est meus: sed eius q̄
misit me pater. Hec lo-
cutus sū uobis: apud uos
manens. Paracletus at̄
sp̄s sc̄s quē mittet p̄r
in nōie meo: ille uos do-
cebit om̄ia: et suggeret
uobis om̄ia quecumq;
dixero uobis. Pacem re-
linquo uobis: pacem
meam do uobis. Non
q̄modo mūdus dat: ego
do uobis. Non turbetur
cor ur̄m: neq; formidet.
Audistis quia ego dixi
uobis: uado et uenio ad
uos. Si diligeretis me.
gauderetis utiq;. quia ua-
do ad p̄rem: quia pater
maior me est. Et nunc
dixi uobis p̄uisq; fiat:
ut cū sc̄m fuerit credat̄.
Jam non multa loquar
uobiscū. Venit enī prin-
ceps mūdi huius: et in
me non habet quicq̄m.

uocat.

ca.

Redz All' Xpūs isue.



α

Sed ut cognoscat mundus
quia diligo preem: et sicut
mandatum dedit michi
pater sic facio. *Off.*

Confirma hoc deus quod
opatus es in nobis a templo
tuo qd est in iherlm tibi of-
ferent reges munera alla.

Munera qd dne *Ser.*
oblata sanctifica.
et corda nra sancti
spus illustratione enun-
da. *Psalm.* euulde. *Presb.*

Qui ascendens. Coican-
tes et diem. et hanc igit. *ut in
viti.*
Requie in suo loco. *Co.*

actus est repente de celo
sonus aduentis spūs ue-
hementis ubi erāt sedentes
alla et repleti sūt omīs spūtu
scō loquentes magnalia dei

Salla alla. *Copl.*
Ancti spūs dne
corda nra mūdet
infusio: et sui rous inti-
ma asperione fecundet.

Psalm. in unit euulde. *fla. ij.*

Qubauit eos
ex adype fru-
menti alla
et de petra mel-
le saturauit
eos alla alla

alla. *p.* Exultate deo adiuto-
ri nro: iubilate deo iacob. *coll.*



Deus qui aplis tu-
is sanctū dedisti
spm: concede ple-
bi tue pie petitionis effec-
tum: ut quib; dedisti fidē:
largians et pacem. *Psalm.*
in unit eide. *It act. aploz.*

In diebus illis: Ape-
riens petrus os suū
dixit. *Qui frēs:* no-
bis pcepit dn̄s pdicare po-
pulo et testificari: quia
ipse est qui constitutus
est a deo iudex uiuoz et mor-
tuoz. Huic omīs pphete
testimonū phibent: re-
missione peccatoz accipe
p nomen eius: omīs qui
credūt in eū. Adhuc loq-
te petro ūba hec: cecidit
spūs scūs sup omīs qui
audiebant uerbū. Et ob-
stupuerūt ex circūsiōne
fideles qui uenerant cum
petro: quia et in natio-
nes gracia spūs scī effu-
sa est. Audiebant enim
illos loquentes linguis:
et magnificantes deum.
Tunc respondit petrus.
Numq; aquā quis phibe-
potest. ut non baptizent
hy qui spm scm accepe-
runt sicut et nos? Et iul-
sit eos baptizari: in noīe

et p̄cs.

All: Pacatus.

vāt.

dñi nr̄i ih̄u xp̄i. **A**lla. **V.**

Sp̄us dñi repleuit orbem ter-
ranū et hoc qd̄ continet om̄ia
sc̄iam habet uocis. **A**lla.

V. Veni sancte sp̄us reple tu-
orū corda fidelū et tu amo-
nis in eis ignē accende. **S**cdm̄

In illo t̄p̄e: **ioh̄em.**
Dixit ih̄s discipulis
suis. Sic deus dilex-
it mundū: ut filiū suū

unigenitū daret: ut oīs
qui credit in ip̄m non pe-
reat: sed habeat uitā eter-
nam. Non enī misit d̄s

filiū suū ut iudicet mun-
dū: sed ut saluetur mūd̄
per ip̄m. Qui credit in

eū: non iudicatur. Qui
autē non credit iam iudi-
catus est: quia nō credit

in noīe unigeniti filij
dei. Hoc est autē iudiciū:
quia lux uenit in mūdū:

et dilexerunt homines
magis tenebras q̄ lucē.
Erant enī eorū mala opa.

Om̄is enī qui male agit:
odit lucē. Et non uenit
ad lucē: ut non arguāt

opera eius. Qui autē fa-
cit ueritatē uenit ad lu-
cem: ut manifestentur

opa eius. quia in deo sūt
facta. **off.** **an**toniū de

celo dñs et altissimus dedit
uocē suā et appauerūt fon-
tes aquarū alla. **S**ec̄ta.

Dropicus dñe q̄s
hec dona sc̄ifica:
et hostie salutaris

oblacione suscepta. nos
metip̄os tibi p̄fice mun̄
eternū. **p.** **p̄fo.** Qui as-
cendens. Coicantes et hac

igitur. **T**otū sicut in die. **o.**
Spiritus sanctus docebit
uos alla quecuq; dixerō uo-
bis alla alla. **cōpl.**

Hesto dñe q̄s pp̄lo
tuo: et quē myste-
rys celestib; imbusti: ab

hostiū furore defende. **p.**
Capite **fiā. iij.**
iocunditatem
glorie ur̄e alla
gr̄as agentes

deo alla qui uos
ad celestia regna uocauit al-
leluia alla alla. **p.** Attendite

pp̄le meus legem meā: indi-
nate aurē ur̄am in uerba oris
sc̄i: que et corda

ur̄a dementer expurget:
et ab om̄ib; tueatur ad-
uersis. **p.** **ad** in uuit eiusd̄.

2 dieb; **ic̄ act̄ ap̄lorum.**
illis: Cum audisset apli

illis: Cum audisset apli

illis: Cum audisset apli

an

qui erant iherosolymis: quia
recepisset samaria uerbum
dei: miserunt ad eos petrum
et iohannem. Qui cum uenisset:
orauerunt pro ipsis
ut acciperent spiritum sanctum.
Nondum enim in quemquam il-
lorum uenerat: sed baptiza-
ti tantum erant in nomine
domini ihesu. Tunc imponebant
manus super illos: et acci-
piebant spiritum sanctum.

Alia. Emitte spiritum tuum
et creabunt et renouabis fa-
ciem terre. **Alia.** Veni
sancte spiritus reple tuorum corda fi-
delium et tui amoris in eis ig-
nem accende. **S. iohannem.**

In illo tempore. Lo-
cutus est ihesus ad phari-
seos dicens. Amen
amen dico uobis: qui
non intrat per ostium in o-
uile ouium: sed ascendit
aliunde: ille fur est et la-
tro. Qui autem intrat per
ostium: pastor est ouium.
Huic ostiarius aperit:
et oues uoce eius audi-
unt. Et proprias oues uo-
cat nominatim: et educat
eas. Et cum proprias oues
emiserit: ante eas uadit.
Et oues illum sequuntur:
quia sciunt uocem eius.

Alienum autem non sequuntur:
sed fugiunt ab eo: quia non
quando sederit cum senatoribus
terre. Syndonem fecit et uen
didit: et singulum tradidit
chanaanitis. Fortitudo et de
cor indumentum eius: et re
debit in die nouissimo.
Os suum aperuit sapientiae:
et lex clementiae in lingua
eius. Considerauit tenui
tas domus suae: et panem
otiosa non comedit. Surre
xerunt filii eius: et beatis

simam predicauerunt: iur eius et
laudauit eam. Multe fi
lie congregauerunt diuitias:
tu supergressa es uniuersas.
Fallax gratia: et uana
est pulchritudo: mulier
timens deum ipsa laudabit.
Date ei de fructu manuum
suarum: et laudent eum in por
tis opera eius. **R.** diu
uabit eam deus uultu suo de
us in medio eius non commo
uebitur. **V.** flumens impetus leti
ficat ciuitatem dei sanctificauit ta
bernaculum suum altissimus.
A. **lla.** **v.** Surrexit dominus oc
currens mulieribus: ait auete
tunc accesserunt et tenuerunt pe
des eius. **S. lucam.**
In illo tempore. **Ro**
gabat illum quidam
pharisaeus: ut manducaret
cum illo. Et ingressus domum
pharisaei: discubuit. Et ecce
mulier que erat in ciuitate
peccatrix: ut cognouit
quod accubuit in domo pha
risaei: attulit alabastrum
unguenti: et stans retro se
cus pedes eius lacrimis ce
pit rigare pedes eius. et ca
pillis capitis sui tergebat:
et osculabatur pedes eius:
et unguento ungebat. Vi
dens autem pharisaeus qui

uocauerat eum: et ait intra
se dicens. **H**ic si esset propheta:
sciret utique que et qua-
lis esset mulier que tangit
eum: quia peccatrix est. **E**t
uidens illius: dixit ad illum.
Symon habeo tibi aliquid
dicere. **A**t ille ait. Magister
dic. **Q**uo debitor es erat
cuiusdam feneratorum: unius de-
bebat denarios quingentos
et alius quinquaginta.
Non habentibus illis unde
redderent: donauit utrisque.
Quis ergo eum plus dili-
git? **R**idens symon: dixit.
Estimo: quia is cui plus
donauit. **A**t ille dixit ei.
Recte iudicasti. **E**t conuersus
ad mulierem: dixit symo-
ni. **V**ides hanc mulierem?
Intraui in domum tuam:
aqua pedibus meis non
dedisti. **H**ec autem lacrimis
rigauit pedes meos: et ca-
pillis suis terxit. **O**sculum
michi non dedisti. **H**ec au-
tem ex quo intrauit: non
cessauit osculari pedes me-
os. **O**leo caput meum non
unxisti. **H**ec autem un-
guento unxit pedes meos.
Propter quod dico tibi:
remittuntur ei peccata
multa: quoniam dilexit multum.

Cui autem minus dimit-
titur: minus diligit. **Q**ui
it autem ad illam. **R**emittuntur
tibi peccata. **E**t ceperunt
qui simul accubebant:
dicere intra se. **Q**uis est
hic qui etiam peccata di-
mittit? **D**ixit autem ad
mulierem. **F**ides tua te sal-
uam fecit uade in pace.
Credo hō dī. **off.** **O**fferen-
tur regi uirgines post eam
proxime eius offerentur tibi.

Hanc nostre **S**er-
uicilis hostia
q̄s dñe beata ma-
ria magdalena suarum ai-
mulet precū incrementis
et ad nostre restauratōis
principiū flagiter profu-
turam. **P. cō.** **S**imile est
regniū celorum homini nego-
ciatori querenti bonas mar-
garitas inuenta uua precio-
sa margarita dedit omnia sua
et compauit eam. **Compl.**

Sanctificet nos et inu-
niat q̄s domine in-
tercedente beata ma-
ria magdalena diuini mi-
neris sacri libatio: et cele-
stium uirtutum coheredes
efficiat. **P**er dñm nostrū
ih̄m xp̄m filiū tuum.
Apollinaris m̄ris coll.

dis

Psalmus de apulis

Deus qui nos
annua beati
apollinaris
mris tui atq;
pontificis solemnitate
iustificas: p̄a q̄s: ut cuius
gaudemus meritis: iustu
amur exemplis. *P. S̄c̄.*

Sancti apollinaris
martiris tui atq;
pontificis q̄s do
mine annua sollemni
tas pietati tue nos reddat
acceptos. ut p̄ her pie obla
tionis officina. et illum be
ata retributione comite
tur et nobis gratie tue do
na conualiet. *P. Compl̄.*

Opulū tuum q̄s
domine abo spi
ritali refectū pio
favore prosequere: et a
nunctis aduersitatib; be
ato apollinare martire
tuo atq; pontifice interce
dente custodi. *P. dñm.*

*In uigilia beati iacobi apli
Collecta. Quis om̄ps deus.
et require in cōmuni de apol
tolis. In die s̄c̄i iacobi.*

*Michi autem. Et cetera re
quire de apostolis in cōmuni
preter illa que hic sequunt
tur. Sequitur Collecta.
Credo et Prefatio de aposto lis*



Esto domine plebi
tue sanctificator
et custos: ut apli
tui iacobi iuuuata presi
dys: et conuersatione ti
bi placeat et secreta deser
uat. *P. S̄ mattheum.*

In illo tempore: Ac
cessit ad ih̄m ma
ter filiorū zebedei
cum filys suis: adorans
et petens aliquid ab eo.
Qui dixit ei. Quid uis?
At illi. Dic ut sedent hui
duo filij mei: unus ad
dexteram tuā et unus
ad sinistram: in regno
tuo. Respondens autem ih̄s:
dixit. Nescitis quid peti
tis. Potestis bibere cali
cem que ego bibiturus
sum? Dicunt ei. Possu
mus. At illis. Calicem

quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam et sinistram non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo.

Secunda. *Secunda.* **S**uscipe munera domine que in eius tibi sollempnitate defermimus. cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Rodm. *Complenda.* **R**efecti cibo potibus celesti deus noster

te supplices deprecamur: ut in cuius hęc commemoratione precupimus: eius muniamur et precibus.

Eodem die. xpofoy nris.

Collecta. Presta q̄s. Requie in cori de uno nre.

De sc̄a Anna.



Audcamus om̄is in domino die festu celebrantes sub honore beate

anne de cuius sollempnitate gaudent angeli et collaudant filiu dei. *p̄.* Eructavit cor meū uerbu bonu dico ego opera mea regi. *Gla in excelsis nō dicit.* *Collecta.*

Deus qui beate anne tantam gram conferre dignatus

es. ut mariani matrem tuam in utero suo portare mereretur: da nobis p̄ intercessionē matris et filie tue p̄piciationis habundantiā: ut quarū memoriam pio amore amplectimur: eorum p̄ abus aduiti ad celestem iherusalem puenire ualeamus. *Qui uiuus. epla.*

Mulierem fortem quis inueniet. clxxvii. Diffusa est clxxvii

gracia. Hilla. V. Spe ne tua. Eum liber generationis. clxxvii. Credo non d̄i. Offerentur regi. Secreta. clxxvii

Super has q̄s domine oblationes q̄s in honore beate anne matris beatissime genitricis uirgeni domini nri consecramus. et tuam effunde benedictionem. et p̄ eas nobis tribue cordiu purificationem et munerū tuor p̄cipationē. *p̄ eundem.*

Prefacio comunis. Cois.

Diffusa est. Complenda. clxxvii

Amp̄ta sacramenta q̄s domine in

tercedente beatissima an
na matre gloriose genu
trias unigeniti tui nos
ab hostium defendant fo
midine: et eterne mortis
amaritudine. *P. eundē.*

I *Felicitis nri coll.*
Nfirmitatē nos
tram respice om
nipotens deus:
et quia pondus pprie ac
tionis grauat: beati fe
licis martiris tui atq;
pontificis intercessio glo
riosa nos protegat. *P.*

D *Eodē die fausti.*
Eus qui nos con
cedis sanctorū
martirū tuorū
simplicij faustini et bea
trias natalicia colere:
da nobis in eterna beati
tudine de eorum societate
gaudere. *P. Secreta.*

A *cepta sit in con*
spectu tuo domine
nostra deuotio. et
eius nobis fiat supplica
tione salutaris pro cuius
sollemnitate defertur.

M *Per dñm. Alia.*
Vnere tibi domine
nostre deuotionis
offerimus. que et pro tu
orum tibi grata sunt ho

noie iustorū. et nobis sa
lutaria te miserante red
dant. *P. Compl.*

Spiritu nobis do
mine tue caritatis
infunde: ut quos uino ce
lestis pane sacasti: bñ
felice martire tuo. tua fa
cias pietate concordēs. *P.*

D *Alia compl.*
domine nobis q̄s
intercedentib; sanc
tis tuis simplicio. fausti
no. et beatrice: ut quo ore
contingimus: pura me
te capiamus. *P. Abdon*

D *Eus et sennes.*
qui sanctis tuis
abdon et sennen
ad hanc glori

am ueniendi copiosū
munus gratie contulit
ti: da famulis tuis suorū
ueniam peccatorū: ut
sanctorū tuorum interce
dentibus meritis: ab om
nib; meremur aduersi
tatibus liberari. *P. Sec.*

H *Et hostia q̄s do*
mine quam in
sanctorū tuorum
natalicis recensentes of
ferimus. et uincula nre
prauitatis absoluat. et
tue nobis misericordie

inter
dente

domina conuoluet. **P. Compl.**

D Er huius domi-
ne operationem
mysterii et uicia
nostra purgentur: et in-
tercedentibus sanctis tuis
iusta desideria complean-
tur. **P. Ad uincula sci petri**

Nunc scio. et c. sicut in pas-
sione eius preter ea que hic se-
quuntur. **Credo di. Collecta.**

Deus qui beati
petri ap-
tulum a uinculis ab-
solutum ille-
sum abire fecisti: nostrorum
que absolute uincula pec-
catorum: et omnia mala
a nobis propiciatus exclu-
de. **P. Secreta.**

Blacium tibi do-
mine sacrificium
uiuificet nos semp et uiu-
nuiat. **P. Compl.**

Oxporus sacri et
preciosi sanguis
repleti subamine que do-
mine deus noster: ut quod
pia deuotione gerimus:
certa redemptione capiamus. **P. Stephi ppe et**

Deus qui mi-
nos beati ste-
phani marti-
ris tui atque po-

tificas annua solempni-
tate letificas: concede propi-
cius: ut cuius natalicia
colimus: de eiusdem pro-
tectione etiam gaudeam.

P. Secreta.
Onera domine tibi
dicata sanctifica.

et intercedente beato stepha-
no martire tuo atque pon-
tifice. pro eadem nos placatus
intercede. **P. Compl.**

Deus qui beati
stephani
a crimine: et in-
tercedente beato stephano
martire tuo atque pontifi-
ce: celestis remedii faciat
esse consortes. **P. Inuentio**

sci stephani. **C**tenum se-
derunt. et cetera omnia. Requie in
natali eius exceptis hijs qui
hic sequuntur. **Collecta.**

Deus qui do-
mine imitari
quod colimus:
ut discamus
et inuincos diligere: quia
eius inuentionem celebra-
mus: qui nouit etiam
pro persecutoribus exora-
re dominum nostrum ihesum
christum filium tuum. Qui te. **Se**

uis que domine **ax.**
muneribus inten-

in memoriam beati petri ap-
tuli tui
intercedente beato petro ap-
tulo tuo

de placatus. et tribue supplicatione gloriosi ptho martiris tui stephani nos a peccatis omnibus absolue. et celesti gratia ditari. **P.**

Deus qui **Compl.** ecclesie tue gloriosi ptho martiris tui stephani non defraudasti artus: da ut eius supplicatione fiat tibi semp deuota: et meritis iugiter secuta. **P. Sicuti pape et**

mris. Officium. sicut de martiribus p totum. Requere in comuni exceptis hijs que hic

hntur. Collca. **D**eus qui conspicis quia ex nulla nostra uirtute subsistimus: concede pprius: ut intercessione beati sicuti martiris tui atq; pontificis: contra omnia aduersa muniamur. **P. Eodē die feliciss.**

Deus **mi & agap.** qui nos concedis sanctorum mirum tuorum felicissimū et agapiti natalicia colere: da nobis in eterna leticia de eorum societate gaudere. **P.**

Epla. Iusti i perpetuum. & in uigilia oim scōz r raii. Sct.

Sacrificijs pijs q̄s dñe intende placatus. ut et deuotione iure pficiant et saluti. iunia tibi **Aia.**

Dñe nre deuotionis offimus. que et pro tuoz tibi grata sunt honore iustoz. et nobis salutaria te miserante reddant.

Desta q̄s **Compl.** **P.** omps deus: ut cui festiuitate uotua iut sacramēta: eius salutaria nobis te miserante reddantur. **intercessio. Aia.**

Desta nobis dñe q̄s. ut incedentibus scis miribus tuis felicissimū et agapito. que ore contingimus: pura mente capiamus. **P. Cyran**

et socior eius. **D**eus qui nos annua hñi cyranis tui ac socior eius solemnitate lenificas: concede pprius: ut quoz natalicia colimus: uirtute quoq; pascimus unitemur. **P. Sct.**

Acepta sit in conspectu tuo nra deuotio. et eoz fiat nobis supplicatione salutaris.

pro quoz sollempnitate de
fertur. Per. **Cōpl.**

Refecti ptiapatōe
muneris sacri q̄s
dñe deus nost: ut auus ex
eq̄mur cultū: eius sentia
mus effectū. **P. In uigilia**

Adesto dñe sup
plicationibus
m̄is: et interces
sione b̄ti laurentij m̄is
tui. p̄petuā nobis mise
ricordiā benignius ipende.

Hostias dñe **sc̄.** **P.**
quas tibi offerim?
ppicius suscipe.
et uiccedente b̄to laurentio
m̄re tuo. uinacula p̄corū
n̄oz absolue. Per. **cōpl.**

Quā q̄s dñe d̄s n̄r:
ut sicut b̄ti lau
rentij m̄is tui cō
memoratione tempali
gratulamur officio: ita
p̄petuo letemur asp̄cū. **P.**

In die festo.
Onfel
sio et
pulchri
tudo in
consp̄c
tu eius sc̄tas et magnificen
tia in s̄sificatione eius. **ps̄.**



Cantate dño canticū nouū:
cantate dño om̄is terra. **coll.**

DA nobis q̄s om̄ps
deus uicior n̄ozū
flāmas extingue:
qui b̄to laurentio tribuist
ti tormentoz suoz incendi
a supare. **P. Ad cor̄thios.**

Hēs: Qui p̄ce sem
inat: p̄ce et metet.
Et qui seminat i
benedictionibz: de benedic
tionibz et metet. Unusq̄
q̄s prout destinauit in cor
de suo: non ex tristitia,
aut ex necessitate. **H**yla
rem enī datorē diligit d̄s.
Potens est aut d̄s omnē
grām habundare facere
in uobis: ut in om̄ibus
semp oēm sufficienciam
h̄ntes: habundetis in oē
opus bonū: sicut scriptū
est. **D**isplis: dedit paupi
bus: iusticia eius manet
in seculū seculi. Qui ad
adm̄strat semen semu
nanti: et panē ad mā
ducandū prestabit. Et
multiplicabit semē uel
tū: et augebit incremen
ta frugū iusticie ur̄e. **sc̄.**
Probasti dñe cor̄ meū et
uisitasti nocte. **v.** Igne me
examinaisti et non est inuē

m̄ri tuo

ta in me iniquitas. **H**illa.

V. **S**tūis uir qui timet dñm
i mandatis eius cupit nūm.

In illo t̄p̄e: **S**iob̄.

Dixit ih̄s discipulis

suīs. Amen amen

duo uobis: nisi granum

frumenti cadens in terrā

mortuū fuerit: ip̄m solū

manet. **S**i aut̄ mortuū

fuerit: multū fructū af-

fert. Qui amat aīam

suā: p̄det eam. Et qui o-

dit animā suā in hoc

mūdo: in uitā eternam

custodit eam. **S**i q̄s m̄

ministrat: me sequat̄.

Et ubi sū ego: illic et mi-

nister meus erit. **S**i q̄s

michi nūstrauerit: ho-

norificabit eū pater m̄s

qui est in celis. **Off.**

Confessio et pulchritu-

do in consp̄u eius sc̄itas &

magnificencia in sc̄ificati-

one eius. **Secr̄.**

Cape q̄s dñe mu-

nera dignanter

oblata. et b̄ti laurentij m̄s

suffragantib; meritis.

ad n̄e salutis auxiliū

puenire concede. **Per. cō.**

Qui michi ministrat me

sequatur. et ubi ego sū illic

et minister meus erit. **gpl.**

Sed mune sacra
ti supplices te dñe
deprecamur: ut qd
debite seruitutis celeberrimis
officio: intercedente beato
laurentio, saluationis tue
sentiamus augmentū. **P.**

Tyburij m̄s.
Beatū tyburij no-
dñe foueant cō-
tinuata p̄sidia
qua non desinis p̄picuis
intueri: quos talib; auxi-
lys concesseris adiuuari.

Hesto dñe **sec.** **P.**
p̄abus ppli tui.
adesto munerib;:
ut que sacris sūt oblata
mysterijs. tuoz tibi pla-
ceant in cessione sc̄oz. **P.**

Sup̄limus **compl.**
dñe pignus redēp-
tionis eterne: sit
nobis q̄s interueniente
b̄to tyburio m̄e tuo uite
p̄ntis auxiliū p̄iter et fu-
ture. **P.** **ypoliti m̄s coll.**

De nobis om̄ps
deus: ut beati
ypoliti m̄s
tui, ueneranda
sollemnitas: et deuo-
tionē nobis augeat et
salutem. **P.** **Secr̄.**

Respice dñe munia

ut

ppli tui scōz festiuitate
uotua. et tue testifica
tio ueritatis nobis pfi
ciat ad salutē. *P. Compl.*

Sacramentoz tuoz
dñe cōmunio sūp
ta nos saluet: et
in tue ueritatis luce con
firmet. *P. In vig' assūptōi.*

Uultū tuū depca
bunt om̄s diui
tes plebis addu
centur regi uirgi
nes post eam proxime eius
adducent tibi in leticia et ex
ultatione. *ps* Eructauit cor
meū uibū bonū: dico ego opa
mea regi. *Collā.*

Deus qui uirgina
lem aulā bte ma
rie in qua hñtares eliger
dignatus es: da q̄s ut sua
nos defensione munitos:
iocundos faciat sue inter
esse festiuitati. *Qui uiuis.*

Hic lib' ecclesiastic.
uicio et ante sc̄a
creata sū: et usq̄
ad futurū sc̄m nō desi
nā: et in hñtatione sc̄a
coram ip̄o mūstrau. Et
sic in syon firmata sum:
et in ciuitate sc̄ificata si
militer requieui: et i ihe
rusalem ptās mea. Et

radicaui in pplo honori
ficato: et in ptes dei mei
hereditas illius: et in ple
nitudine scōz detentio mea.

Concupiuit rex decore
tūū qm̄ ip̄e est dñs tuus. *v.*
Audi filia et uide et inclina
aurē tuā et obliuiscē pplm̄
tūū et domū p̄is tu. *Sc̄s*

In illo tp̄e: *Lucā.*
Extollens uocem
quedā mulier de
turba: dixit ih̄u. Beatus
uenter qui te portauit: et
ubā que suristi. At ille di
xit. Quinimo. Bñ qui
audiuit uibū dei: et custo
diuit illud. *Off.* **O**ffe
rentur regi uirgines post
eam prime eius offent tibi.

Munera nra *Sc̄.*
dñe apud dāmen
clam tuā dei gē
triciis comendet ōro. qm̄
idcirco de p̄nti sc̄o trans
tulisti: ut pro nris p̄cis
apud te fiducialiter int
cedat. *P. eundē.* **P**refo coti
diana. *co.* **D**iffusa est
grā in labys tuis p̄pterea
benedixit te deus in eternū.

Concede mihi *gpl.* **q̄s**
coris deus fragili
tati nre subsidū:
ut qui sc̄e dei genitricis re

vgis

q̄s

vgis marie

A Si fuerit dōr. *Allā. v.* **O** cōsolatrix paupm maria
tuis precibz auge tuoz numerū in ciuitate xp̄i
quos de tu de mortis manibz q̄ filiū humiliū
mater eripisti



quie celebimus: interces-
sionis eius auxilio a nos-
tris iniquitatibus resurga-
mus. **De eundem. Comico.**
eusebii. Coll. Deus qui
nos. Requie in coi. ut it.



In die sancto.
Audeamus omis
in dno diem fel-
tum celebntes sli honore
marie uirginis de cuius
assuptione gaudet angli
et collaudant filiu dei. **ps.**
Magnus dñs et laudabilis
ualde: in ciuitate dei nr̄i i
monte sco eius. **Collca.**

Amuloy tuoy
dñe delictis ignof-
ce: ut qui tibi pla-
cere de actibus nr̄is non
ualemus: genitricis filij
tui dñi dei nr̄i intercessione

saluam. **De eundem. Et libri**
et omnibus ecclesiasticis.
In regem quiescui: et
in hereditate dñi
morabor. Tunc pcepit
dixit michi creator om̄i:
et qui creauit me requie-
uit in tabnaculo meo
dixit michi. In iacob in-
habita: et in isrl heredi-
tare: et in electis meis mit-
te radices. Et sic in syon
fumata su. et in ciuitate
sancificata sicut requieui:
et in iherlm p̄tas mea.
Et radicaui in pplo ho-
nourificato: et in ptes dei
mei hereditas illius: et i
plenitudine scoz detenti-
o mea. Quasi cedrus ex-
altata su in libano: et
quasi cypressus i monte
syon. Quasi palma ex-
altata su in cades: et q̄si
plantatio rose in iheri-
co. Quasi olyua speci-
osa in campis: et quasi
platanus exaltata su
iuxta aqua in plateis.
Sicut cynamomu et bal-
samu aromatizans: odo-
rem dedi. Quasi myrra
electa. dedi suauitatem
odoris. **Et** propter ue-
ritatem et mansuetudine et

iii

iusticiā et deducet te mirabi-
liter dextera tua. **V.** Audi fi-
lia et uide et inclina aurem
tuam quia concipiuu rex
spem tuā. **Alia. V.** Dis-
fusa est grā in labijs tuis
pp̄terea benedixit te deus i-

Iternū. **S. lucam.**
In illo tempe: Int-
ruit ihs in quoddā
castellū: et mulier quedā
martha noīe excepit illū
in domū suā. Et hinc eāt
soror noīe maria: q̄ etiā
sedens secus pedes dñi: au-
diebat ūbū illius. Mar-
tha autē satagebat cura
frequēs mīsteriū. Que-
stetit: et ait. Dñe: non
est tibi cure qđ soror mea
reliquit me solā minis-
trare? Dic ergo illi: ut
me adiuuet. Et rñdens:
dixit illi dñs. Martha:
martha: sollicita es: et
turbans erga plurima.
Porro unū est necessari-
um. Maria optimā ptē
elegit: que non auferet
ab ea. **Off.** **Credo i unū d. p. of.**
Offerentur regi uirgi. **off.**
nes prime eius offerentur tibi
in leticia et exultatione ad-
ducentur in templū regi
domino. **Sexta.**

Subueniat dñe ple-
bi tue dei genitri-
cis orō. quā et si
pro conditione carnis
migrasse cognoscimus.
in celesti glā apud te p
nobis orare sentiamus.

P. Pfato Et te in assūptōe. **p. of.**

Dilexisti iusticiā et o **Co.**
disti iniquitatē pp̄terea unxit
te deus deus tuus. **Compl.**

Mense celestis ptia
pes effecti. implo-
ramus clemenciā
tua dñe deus n̄r: ut qui
festa genitricis dei colu-
mus: a malis iminen-
tibus eius intercessione li-
beremur. **P. eundē. Aga.**

n̄r̄t6

Tuā dñe deus n̄r: ut qui
festa genitricis dei colu-
mus: a malis iminen-
tibus eius intercessione li-
beremur. **P. eundē. Aga.**
Etet **pti n̄r̄s.**
etia tua deus
bñ agapiti n̄r̄
tui confisa suf-
fragis: atq̄ eius p̄ribus
glōsis: et deuota p̄ma-
neat et securā consistat.

Suscipe **Sexta. P.**
dñe muniā que
in eius tibi sol-
lepnitate deferimus: cu-
ius nos confidimus pa-
trōq̄o liberaui. **P. do.**

Sacra **Compl.**
dñe familiā tuā
munerib; sacris:

eius q̄s semp̄ intuenti
one nos refouet: cuius
sollempnia celebim̄. **P.**
Enardi abbas. **O**s iusti
meditabi. Quere vni cōfess̄
nō pontif. **Coll.** **Intressio.**
de vno abbē. **Ev̄m.** Si q̄s
venit. **℟.** Regre anthony.

In oct̄ assumptionis. Oia sic
in die. **Eodē die.** Tymothei
et symphoriani m̄. **Coll.**

Auriliū tuū no
bis dñe q̄s pla
catus impente
et intercedentib;
sc̄is m̄ib; tuis tymo
theo atq; symphoriano.
dexteram sup nos tue p
piciationis extende. **Per.**

Aceptā sit tibi **℟.**
dñe sacre plebis
oblatio p tuoz
honore sc̄oz. quoz se me
ritis p̄cepisse de tribula
tione cognoscat auriliū.

Divini **Compl.** **P.**
muneris largi
tate faciat. q̄s
dñe deus nr: ut interce
dentib; sc̄is m̄ib; tuis
tymotheo et symphori
ano: eius semp̄ p̄cipa
tione uiuamus. **P. dñi.**

In vigilia bartholomei sc̄i.
℟. **O**s om̄ps d̄s. **℟.** de aplis i cor.



**In die
sancto.**
Michi autē
numis
honoza
ti sunt
amici

tui deus numis confortatus
est p̄cipatus eoz. **p.** Dñe
p̄basti me et cognouisti me:
tu cognouisti sessionē meā
et resurrectionē meā. **Coll.**

Om̄ps sempiternē
deus qui huius
diei uenerandam
sanctiq; leticiam beati
ap̄li tui bartholomei fel
tuitate tribuisti: da ec
clesie tue q̄s et amare qd
credidit: et predicare qd
docuit. **P. epla.** Jam nō
estis hosp. **℟.** de aplis. **℟.**

In omnē terrā exiit
sonus eoz et in fines orbis
terre uerba eoz. **v.** Celi en
rant glām dei et opa ma
nuū eius annūciat firma
mentū. **℟.** **℟.** **v.** Numis
honorati sūt amici tui d̄s
numis confortatus est p̄
cipatus eoz. **Ev̄m.** Hoc
est p̄ceptū. **℟.** de aplis. **off.**

Michi autē numis hono
rificati sūt amici tui deus
numis confortatus est p̄cipatus



apatus eorum. **Secreta.**

Suscipe dñe mu-
nera que in eius
tibi sollempnitate
deferimus. cuius nos cō-
fidimus patrocinio libe-
rari. **P. d. p̄f. Te dñe sup-
pliciter. cō.** **U**s qui se-
cuti estis me sedebitis super
sedes iudicantes duodecim

Rtribus isrl. **compl.**
Efeci cibo potu-
q; celesti deus nre
te supplices dep̄camur: ut
in cuius her cōmemora-
tione p̄cepimus: eius
muniamur et p̄abz. **P.**
Augustini epi. Statuit
ei dñs. **Et reliquū offiij que
de uno confess et pontif. ex-
ceptis hys que hic sequūt.**

Adito sup **Coll.**
plicationibz nris
ōps deus: et qui
bus fiduciaam sp̄ande pie-
tatis indulges: intercede
te b̄to augustino confes-
sore tuo atq; pontifice.
consuete misericordie tribue
benignus effectū. **P. sc̄.**

Sancti tui nos q̄s do-
mine ubiq; letifi-
cent. ut dū eorum
merita recolimus. patro-
cinia sentiamus. **P. cōpl.**

Desta q̄s omp̄s
d̄s: ut de p̄ceptis
muneribz gr̄as
exhibentes: beneficia po-
tiora sumamus. **P. Cōpl.**
Die hermetis m̄is. Coll.

Deus qui b̄t̄m her-
meten m̄em tuū
virtute constan-
tie in passione
roborasti: ex eius nobis
imitatione tribue p̄ amo-
re tuo p̄sp̄era mūdi despi-
cere: et nulla eius aduer-
sa formidare. **Per. Secreta.**

Sacrificiū tibi dñe
laudis offerim?
in tuorū cōmemo-
ratione sc̄orū. da q̄s. ut qd̄
illis contulit gl̄iam. nob̄
p̄sit ad salutem. **P. Cōpl.**

Repleti dñe bene-
dictione celesti.
q̄s clemenciam
tua: ut intercedente beato
herme m̄e tuo que hū-
liter gerimus: salubrit̄
capiamus. **P. In decollatōe**



John's bapt.
Etabit
iustus i
dño et
sp̄abit
in eo et
laudabū

tur omnis recti corde. **Ps.** Exau-
di deus orationem meam cum depre-
cor: a timore inimici eripe

animam meam. **Coll.**

Sancti iohannis bap-
tiste et maris tui
Dne q's ueneranda festiui-
tas: salutaris auxilij no-
bis prestet effectum. **P.** **Ad**

Res: **Sa hebreos.**

Hudibria et uibe-
ra expti: in super-
et uincula et carceres: la-
pidati sunt. secti sunt. temp-
tati sunt: in occasione gla-
dij mortui sunt. Curru-
erunt in melotis: in pellibus
capris. Egentes: angul-
tati: afflicti: quibus dig-
nus non erat mundus.

In solitudinibus errantes: et
in montibus et in spelun-
cis: et in cauinis terre.

Et hii omnis testimonio
fidei: pbati inuenti sunt.

In xpo ihu dno nro. **R.**

Posuiti dne sup caput
eius coronam de lapide p'ioso.

V. Desiderium anime eius tribuit
ei et uoluntate labiorum
eius non fraudasti eum.

Illu. **V.** **S**tus uir qui ti-
met dnm in mandatis ei
cupit numus. **S' marci**

Nullo tempe: misit he-

rodes ac tenuit iohem:
et uinxit eum in carcerem
ppter herodiadem ux-
orem philippi fratris sui:
quia duxerat eam. Di-
cebat enim iohes hodi.
Non licet tibi habere ux-
orem fratris tui. Herodias
autem insidiabatur ei:
et uolebat interficere eum:
nec poterat. Hodies enim
metuebat iohem: scien-
s eum uirum iustum et sanctum: et
custodiebat eum. Et audi-
to eo multa faciebat: et
libenter eum audiebat.
Et cum dies opportunus
accidisset: herodes nata-
lis sui cenam fecit principi-
bus et tribunis et primis
galilee. Cumq; introis-
set filia ipsius herodia-
dis et saltasset: et pla-
uisset herodi simulq;
discumbentibus: rex ait
puelle. Dete a me quod uis:
et dabo tibi. Et iurauit
illi. quia quicquid petieris
dabo tibi: licet dimidium
regni mei. Que cum exis-
set: dixit matri sue. Quid
petam? Et illa dixit. Ca-
put iohannis baptiste. Cum
q; introisset statim cum
festinatione ad regem:

penit dicens. Volo ut
 ptinus des michi in dis-
 co: caput iohis bap-
 tis- te. Et contristatus est rex.
 Ppter uisurandum et
 ppter siml' discubentes
 noluit eam contristare:
 sed nullo confetti spicu-
 latore pcepit afferri ca-
 put eius in disco. Et de-
 collauit eum in carcere: et
 attulit caput eius in dis-
 co. Et dedit illud puelle:
 et puella dedit matri
 sue. Quo audito disci-
 puli eius: uenerunt et tu-
 lerunt corpus eius: et po-
 suerunt illud i monumē-
 to. Credo nō dē nisi fuit dōe.

Gloria et honore coro. **Off.**
 nasti eum et constituisti eum
 sup opa manuum tuarū dñe.

Et hostia **Secrē.**
 q̄s dñe quā sc̄i
 iohis baptiste
 et m̄ris tui natalicia re-
 censentes offimur. et
 vincula nr̄e prauitatis
 absoluat. et tue nobis
 misericordie dona conciliet.

P. Cō. Qui uult ueni-
 re post me abneget semet-

Ripm et tollat crucē
 suā et sequat me.
 Epleti dñe **Cōpl.**

muneribz hostie saluta-
 ris. illius q̄s oronibus
 adiuuemur: qui hanc
 pro nobis singulariter
 immolandam et uerbo
 docuit: et ppriū sanguis
 effusione signauit. **P. D.**

Eodem die. Sabine m̄ris.

Deus qui int̄ cete-
 ra potentie tue
 miracula etiā
 in sexu fragili victoria
 martyri contulisti: con-
 cede ppicius: ut cuius na-
 talicia colimus: p̄ eius
 ad te exempla gradiam.

Ostias. S̄c̄. P.
 tibi dñe b̄te s̄abi-
 ne m̄ris tue di-
 catas meritis benignus
 assume. et ad p̄petuum
 nobis tribue puenire ob-

Diuini muneris
 largitate faciat
 q̄s dñe deus nr̄: ut int̄-
 dente b̄ta s̄abina m̄re
 tua: in eius semp p̄tia
 patione uiuamus. **P. D.**

felicis et aduerti m̄ris.

Mestatem tuā
 dñe supplices
 deprecamur: ut
 sicut nos iugi-
 ter sc̄oz tuoz cōmemo

felicis et aduerti

ratione letificas: ita sep
supplicatione defendas.

Astias **Sec. P.**
Dne tue plebis
intende. et quas
in honore scōz tuoz de
uota mente celebret. pfi
cere sibi sentiat ad salu

R **Epile Copt. rē. P.**
ti dne muneribz
sacris: q̄s intente
dentibus sc̄is tuis: in
grārum tuarū semp ac
tione maneamus. **P.**

**In nativitate b̄re marie
virginis.**



Maudera
mus os
in dño
diem fel
tū celebri
tes i ho

nore marie uirginis de cui
nativitate gaudent angeli
et collaudant filiū dei. **ps.**
Magnus dñs et laudabilis
valde: in ciuitate dei nū in
monte scō eius. **Collecta.**

Amulis tuis dne
celestis gracie
munus impire:
ut quibz b̄re marie uir
ginis ptus exiit salu
tis exordiū: nativita
tis eius uotua solemp

nitatis pacis tribuat iare
mentum. **P. Te libri eccle.**

So quasi **siastia.**
vitis fructifica
ui suauitatem
odoris: et flores mei fruc
tus honoris et honesta
tis. Ego mater pulchre
dilectionis et timoris: et

agnitionis et sancte spei.
**In me oīs grā uite et ue
ritatis: in me om̄is spes
uite et virtutis. Transite
ad me om̄s qui concupis
citis me: et a generatio
nibz meis implem̄. Sp̄s
enī meus sup mel dulca:
et hereditas mea super
mel et fauū. Memoria
mea in generatione secu
loz. Qui edunt me ad
huc esurient: et qui bibūt
me adhuc sitient. Qui
audit me non confunde
tur: et qui opantur i me
non peccabunt. Qui e
lucidant me. uitā etnā
habebunt. **fe. Diffu
sa est grā in labijs tuis p̄ptē
a benedixit te deus i eternū.****

**V. Dp̄ter ueritatē et mansue
tudine et iusticiā et deducet
te mirabiliter dextera tua.**

**Alle. V. Sp̄e tua et pulchri
tudine tua intende prospere**

felice i. daugto

*magnitu
dinis
vie*

prede et regna. **I**niciu sa
euangelii: S' matheiu.

Nber generatio
nis ihesu xpi filij
dauid: filij abra
ham. Abraham: genuit
ysaac. Ysaac aut: genuit
iacob. Iacob aut: genuit
iudam et fr̄es eius. Judas
autē: genuit phares et
zaram de thamar. Pha
res autē: genuit esrom.
Esrom at: genuit aram.
Aram aut: genuit am
nadab. Aminadab autē:
genuit naalon. Naalo
aut: genuit salmō. Sal
mon at: genuit booz de
raab. Booz autē: genu
it obeth ex ruch. Obeth
autē: genuit yesse. Yesse
aut: genuit dauid regē.
Dauid autē rex: genuit
salomonē ex ea que fuit
vrie. Salomon aut: ge
nuit roboam. Roboam
autē: genuit abyā. Abia
at: genuit aza. Aza at:
genuit iosaphat. Iosa
phat aut: genuit ioram.
Ioram at: genuit oziam.
Ozias at: genuit ioa
than. Joathan at: genu
it achaz. Achaz autē: ge
nuit ezechiam. Ezechi

as aut: genuit manaf
sen. Manasses at: genuit
amon. Amon at: genuit
iosiam. Josias autē ge
nuit iechoniā et fr̄es eius:
in transmigracione ba
bylonis. Et post transmi
gracionē babylonis: ie
chomias genuit salathi
el. Salathiel aut: genu
it zorobabel. Zorobabel
at: genuit abiud. Abiud
aut: genuit elyachim.
Elyachim aut: genuit
azor. Azor at: genuit sa
doch. Sadoch aut: genuit
achim. Achim at: genu
it eliud. Eliud aut: ge
nuit eleazar. Eleazar at:
genuit mathan. Mathā
aut: genuit iacob. Iacob
autē: genuit ioseph ui
rū marie: de qua natus
est ih̄s qui uocatur x̄ps.

Credo canic. **off.** **O**ffēn. **p** oc
tur regi uirgines post eam
prime eius offentur tibi.

Uirgeniti **Sē.**
tui nobis dñe suc
curat humani
tas. ut qui natus de uirgi
ne matris integritatem
non minuit sed sacrari.
in natiuitatis eius sol
lemnus a n̄is nos pia

culis exuens. oblatione
nrāni sibi faciat acceptā.

Qui tecū. *Præf.* Et te i
natiuitate bte marie. *co.*

*D*iffusa est grā in labijs
tuis ppter ea benedixit te d's
in eternū. *Compl.*

*S*umplimus dne
celebritatis ānue
uotua sacramenta: p'ra
q's: ut intercedente beata
semp uirgine maria: et
temporalis nobis uite re
media prebeant et etne.

P. Prothi et iacinti m're.

*B*cati prothi
nos dne et ia
cinti foueat
p'iosa confes
sio: et pia uigiter inter
cessio tueatur. *P. Secret.*

*D*ico scōz prothi
et iacinti mune
ra tibi dne com
memoratione que debe
mus exsoluimus. p'ra
q's. ut remediū nobis
ppetue salutis opent. *P.*

*U*t p'cepta *Compl.*
nos dne tua scā
purificent: bti
prothi et iacinti q's im
ploret o'io. *P. In exalta
tōe scē cruce. os autē. r. el.*
Et reliquū totū offm sicut

in eius cōmemoratōe. Credo
canit. *P'fō de scā cruce dicit.*

Eodē die Cornelij et cyp.

*I*nfirmatē nrām
q's dne p'picius res
pice: et mala o'ia
que iuste meremur:
sanctorū tuorū intercessione
auerte. *P. dñm. Secreta.*

*H*esto dne suppli
cationib; nrīs:
et has oblationes
q's in scōz tuorū cōmemo
ratione deserimus accipe.
ut qui nrē iusticie fiducia
am nō habemus. eoz
qui tibi placuerūt o'io
nib; adiuuem. *P. Compl.*

*O*s dne salutarib;
repleti mysterijs:
ut quorū sollemp
nia celebramus: o'ioni
bus adiuuemur. *P. dñs.*

*U*n octā bte marie uirginis
sicut in die. *Eodem die Co
memo scā Nicomed' m'ris.*

Hesto dne Coll.

*A*pplo tuo: ut
bti nycomedis
m'ris tui meri
ta p'clara suscipiens: ad
impetranda misericordiam
tuam semp eius patro
cnijs adiuuentur. *Per
dñm nrām. Secreta.*

Suscipe dñe munia
ppicuis oblata.
que maiestati tue
bñi nycomedis mris tui
comendet oio. *Per. Cōpl.*

Durificent nos dñe q̄s
sacimenta que sup
sumus: et interre
rente bñi nycomedis mris
tuo: a cunctis efficiant
vicijs absolutos. *P. dñs.
Iuac et gemiani mrim.*

Festa dñe p̄abz q̄s
mris cū exulta
tione p̄uctū:
ut quoz die
passionis ānuā deuotōe
recolimus: eciām fidei
constānciam subleqm̄. *P.*

Ora ppli *Ser̄e.*
tui dñe ppicua
tus intēde. et
quoz nos tribuis sollemp
nia celebrare. fac gaude
suffragijs. *Per. Cōmpl.*

Gaudi dñe p̄ces
nras: et sanctorū
tuoz quoz sol
lempniter festa celebra
mus: continuus fouea
mur auxilijs. *P. Eodem
die eufemie. v̄g.*

Om̄ps sempit̄ne
deus qui infina
mudi eligis ut fortia q̄

q̄ confundas: concede
ppicuis: ut qui bñe eufe
mie mris tue solempni
a columus: eius apud
te patrocina sentiam.

Festa q̄s *S̄c̄. P.*
dñe deus nr̄. ut si
cui in tuo conspec
tu mors est p̄ciola sc̄oz.
ita eoz merita ueneran
tū accepta tibi reddatur
oblato. *P. dñm. Cōpl.*

Sanctificet nos do
mine q̄s tui per
cepto sacimenti:
et intercessio bñe mris
tue eufemie. tibi reddat
acceptos. *P. In uigilia
bñi mathei euāgeliste.*

Om̄ps d̄s:
ut bñi mathei
apli tui et euā
geliste quam
p̄uenimus ueneranda
solempnitas: et deuoti
onē nobis augeat et sa
lutem. *Per dñm. S̄c̄.*

Munus ppli tui
dñe q̄s aplica i
tercessione sc̄ifi
ca. nos q̄s a p̄ccoz macu
lis emunda. *P. Cōmpl.*

Beatu mathei euā
geliste dñe p̄abz
adiuuemur: ut

apli tui et
q̄s

quod possibilitas nostra non
obtinere: eius nobis in
tercessione donetur. Per.



In die scō.
I dñi autē
numis ho
norati sūt
amici tui
deus numis
contortatus est p̄natus
eor. **ps.** Dñe p̄basti me et
cognouisti me. tu cognouisti
sessionē meā et resurrectionē
meam. **Coll.**

Eccliam tuā
dñe benignus
illustrā: ut beati ma
thet euangeliste illumi
nata doctrinis: ad dona
pueniat sempiterna. **P.**

Hes: **Ad ephesios.**
Unicuique n̄m
data est gratia:
scdm mensurā donatio
nis xp̄i. P̄pter qd̄ dicit.
Ascendens in altū: cap
tuā duxit captiuitatē:
dedit dona hominibus.
Qd̄ autē descendit quid
est. nisi quia et descendit
p̄mū in inferiores p̄tes
terre. Qui descendit: ip
se est et qui ascendit sup
om̄s celos: ut adimple
ret om̄ia. Et ipse dedit

quosdā quidē ap̄los: q̄s
dam autē p̄phetas. Alios
uō euangelistas: alios
autē pastores et doctores.
ad consumationē scōrū:
in opus ministerij in edi
ficationē corp̄is xp̄i: donec
occuramus om̄s in uni
tatem fidei. et agnitionis
fily dei. In iurium p̄fectū:
in mensuram etatis ple
nitudinis xp̄i. **R.** Con
stitues eos principes sup̄ oem̄
terram memores erūt nōis
tui dñe. **V.** Pro p̄ribus tuis
nati sūt tibi filij p̄terea p̄li
confitebūtur tibi. **H.** Illa.

V. Venite ad me om̄s qui la
boratis et onerati estis et ego
reficiam uos. **S. matheū.**

In illo tempe: Cū
transiret ihesus:
auduit hoīem seden
tem in theloneo matheū
nōie: et ait illi. Sequere
me. Et surgens secutus
est eum. Et factū est dis
cumbente eo in domo:
ecce multi publicani et
p̄dores uenientes: discū
bebant cum ihu et disci
pulis eius. Et uidentes
pharisei: dicebant disci
pulis eius. Quare cum
publicanis et p̄doribus

manducat magister
 uester. At ih̄s audiens:
 ait. Non est opus ualeu-
 tibus medicis: sed male
 habentibus. Euntes aut̄
 discite quid est misericordiam
 uolo et non sacrificium.
 Non enī ueni uocare ius-
 tos: sed peccatores. *off. Co*
 stitues eos principes sup̄ oīm
 terrā memores erunt nōis
 nri dñe in oīni p̄genie et ge-
 neratione. *Sicut.*

Suscipe munera
 dñe que in eius
 tibi solemnitate defe-
 rimus. cuius nos con-
 fidimus patrocinio li-
 berari. *P d. Prefo. Te dñe*
supl. Co ego uos ele-
 gi de mūdo ut eatis et fruc-
 tum afferatis et fructus ur̄
 maneat. *Compl.*

Refecti cibo po-
 tuq; celesti deus
 noster te supplices depre-
 camur: ut in cuius hec
 cōmemoratione prepi-
 mus: eius muniamur
 et p̄abus. *P d. Mauriti*
et alioꝝ m̄se.

Audeamus
 om̄s in dño
 diem festum
 celeb̄ntes sub

honore agnomen suū m̄m̄
 de quoz passione gaudent
 angeli et collaudant filiū
 dei. *ps. Exultate iusti in*
dño rectos decet collaudatio.

Anime q̄s *Collca.*
 omp̄s deus: ut
 nos sanctor̄ mar-
 tyri tūdoꝝ mauriti. exu-
 perij. candidi. uictoris.
 innocenti. et vitalis. ac
 sociorū eoz letificet uo-
 tua solemnitas: et
 quoz natalicis gl̄am̄.
 suffragijs adiuuemur.

P dñm. Epla. S̄a p̄ fidē.
*Regre de m̄ibz. & B*ea-
 ta
 gens cuius est dñs deus eoz
 ppl̄s que elegit dñs in here-
 ditatem sibi. *v. Verbo dñi*
celi firmati sunt et sp̄u oris
eius om̄s uirtus eorum.

Alia. v. Judicabūt sanc-
 ti nationes et dñabūt ppl̄is
 et regnabit illoꝝ rex ī et̄nū.

In illo *S̄ mattheū.*
 tempe: Videns ih̄c
 turbas: ascendit
 in montē. Et cū sedisset:
 accesserūt ad eū discipuli
 eius. Et ap̄iens os suū:
 docebat eos dicens. B̄n̄
 paupes sp̄u: q̄m ip̄soꝝ
 est regnum celoꝝ. B̄n̄
 mites: q̄m ip̄i posside

Crede



būt terrā. **B**ñ qui lugent:
 qm̄ ip̄i consolabuntur.
Bñ qui esuriūt et sitiunt
 iusticiam: qm̄ ip̄i satura
 buntur. **B**ñ miseri cordes:
 qm̄ ip̄i misericordiam conse
 quentur. **B**ñ mūdō corde:
 qm̄ ip̄i deū uidebūt. **B**ñ
 pacifici: qm̄ filij dei uoca
 bunt. **B**eati qui p̄secu
 tionē patiūtur p̄pter ius
 ticiam: qm̄ ip̄s̄ est reg
 nū celoz. **B**ñ estis cum
 maledixerint uobis ho
 mines: et p̄secuti uos
 fuerint. et dixerint om̄e
 malū adūsū uos men
 tientes: p̄pter me. Gau
 dete et exultate: qm̄ mer
 ces ur̄a copiosa est i celis.

Letamini in dño **off.**
 et exultate iusti et glāmū
 om̄s recti corde. **Secreta.**

Respice dñe mu
 nera que in scōz
 m̄m̄ tuorum
 mauritij. erupery. candi
 di. uictoris. inocentij et
 uitalis. ac socioz eozum
 cōmemoratione deferim?
 et presta. ut quoz honoꝛē
 sunt grata. eoz nobis fi
 ant in fressione saluba.

P. Co. **G**audete iusti
 in dño rectos decet collauda

Uto.

Celestibus **Copt.**
 refecti sacramētis
 et gaudijs suppli
 ces te rogamus om̄ps̄ d̄s:
 ut quoz glāmur trium
 phis. protegari auxilijs.
P. fia. iiii. quatuor ip̄m.



A exultate deo
 adiutori
 nro iubila
 te dō iacob
 sumite psal
 tē iocun

du cū cythara canite in
 cū mensis tuba quia p̄
 ceptū in isrl̄ est et iudiciū
 deo iacob. **ps.** Sumite psal
 mū et date tympanū psal
 teriū iocundū cū cythara.

Hic dicit. Dñs uobiscū.

**si tñ Oze
 flecti ge
 leuate**

Quod die tue **Coll.**
 remedys q̄s do
 mine fragili
 tas nra subsistat: ut q̄
 sua conditione atterit
 tua clemencia reparet.

P dñm. U amos p̄phē.

Ecce dies ueni
 ent dicit dñs:
 et comp̄hendit
 arator messorē: et calca
 tor uue mittentē semen.
 Et stillabūt montes dul
 cedine: et om̄s colles cul
 ti erunt. Et conuētā cap

**her dicit
 dñs.**

tuuitatem ppli mei isrl
 et edificabunt ciuitates
 desertas: et habitabunt in
 eis. Et plantabunt vi-
 neas: et bibent vinu ca-
 rum. Et facient ortos:
 et comedent fructus eoz.
 Et plantabo eos sup hu-
 mu sua: et non euellā
 eos ultra de tra sua qua
 dedi eis. Dicit dñs ops.

Quis sicut dñs deus nr
 qui in altis habitat et hu-
 milia respiciat in celo et in
 terra. **S**uscitans a terra
 inopem et de stercore erigēs
 paupem. **Orem' tñ. coll.**

Hesta q's dñe fa-
 milie supplican-
 ti: ut dū a cibis
 corp'alibus se abstinēt:
 a uicys mente ieiunet.

P dñm. Vc libri eldre.

Congregatus
 est omnis ppl's
 quasi vir vnus
 ad plateam que est ante
 portā aquarum: et dix-
 erunt eldre scribe ut af-
 ferret libru legis moysi:
 quā pcepit dominus il-
 raheli. Attulit ergo eldras
 sacerdos libru corā mul-
 titudine uiroz et mulie-
 rum: cunctis q's qui po-

terant intelligere: in die
 pma mensis septimi. Et
 legit in platea que erat
 ante portam aquarum
 a mane usq; ad mediam
 diem: in conspectu uiroz
 et mulierū sapientium.
 Et aures omnis ppli: erāt
 erecte ad libru. Stetit at
 eldras scriba sup gradu
 ligneū que fecerat ad lo-
 quendū: et steterūt iuxta
 eum. Et aperuit eldras
 libru coram omni pplō:
 et benedixit dño deo nig-
 no. Et respondit omnis
 ppl's amen. Eleuans at
 omnis ppl's manus sua:
 incuruati sūt: et adora-
 uerunt poni in terram.
 Porro leuite silentium
 faciebant in pplō: ad
 audiendam legem. Ppl's
 autē: stabat in gradu
 suo. Et legerunt in libro
 dei: distincte et apte ad
 intelligendū. Dixit at
 neemias sacerdos. Scri-
 bis et leuitis. Dies scifi-
 catus est dño deo nr: no-
 lite lugere: et nolite fle-
 re. Et dixit eis. Ite: com-
 edite pingua: et bibite
 mulsū: et mittite ptes
 eis qui non ppauerūt

in eo apte

et

sup omniū q'p'e ppl'm e-
minebat.
eldras

Dñs vob

a diebrull

legē

bc te

et

sibi: quia scis dies dñi est. Et
Nolite contristari. Gaudi-
unt etenim dñi est fortitudo
vra. **R.** **B**eata gens cui
est dñs deus eoz pplis que ele-
git dñs in hereditate sibi. **V.**
Verbo dñi celi firmati sunt et
spu oris eius omnis virtus eoz.

In illo tempe. **S. Marc.**
Videns vnus de tur-
ba: dixit ad ihm.

Magister: attuli filium
meum ad te: hñcem spm
mutum. Qui ubique eum
apprehendit: alludit eum:
et spumat et stridet denti-
bus: et arefat. Et dixi dis-
cipulis tuis ut eicerent
illum: et non potuerunt.

Qui videns ait illis. O
generatio incredula: quomodo
diu apud vos ero. quomodo
patiar vos: Afferte illum
ad me. Et attulerunt eum.
Et cum vidisset illum: statim
spus conturbauit eum. Et
clusus in terra: uolutaba-
tur spumans. Et interro-
gauit preem eius. Quantum
tempus est ex quo ei hoc ac-
cidit? At ille ait, Ab infan-
tia. Et frequent eum et in
igne et in aquis misit: ut
eum perderet. Sed si quid
potes adiuua nos: mi-

seruus nri. Ihs autem ait
illi. Si potes credere: omnia
possibilia sunt credenti. Et
continuo exclamans pater
pueri cum lacrimis: aie-
bat. Credo dñe: adiuua
incredulitate mea. Et cum
uideret ihs concurrentem
turba: comminatus est spi-
ritu immundo dicens illi.
Surde et mute spūs: ego
tibi precipio exi ab eo: et a-
plius ne introcas in eum.
Et clamans et multum
discerpens eum: exiit ab eo.
Et factus est sicut mortuus:
ita ut multi dicerent quod
mortuus est. Ihs autem te-
nens manum eius eleuauit
eum: et surrexit. Et cum in-
isset domum: discipuli eius
secreto interrogabant eum.
Quare nos non potui-
mus eicere eum? Et dixit
illis. Hoc genus in nullo
potest exire nisi in oratione
et ieiunio. **off.**

R. **B**enedi-
cat in mandatis tuis que
dilexi ualde et leuabo man-
meas ad mandata tua que
dilexi. **S. Marc.**
Dna dñe quoniam enim
delicta delicta. Et
ad sacrificium celebrandum
subditorum tibi corpora me-

tes q̄s s̄ificet. **P** dñm. **Cō.**

Comedite pingua et bibite mulsum et mittite partes eas que non preparaverunt sibi sc̄is ei dies dñi est nolite contristari gaudium etenim dñi est fortitudo

Sumen **Cōpl.** uia. res dñe dona celestia: suppliciter deprecamur: ut que sedula seruitute donante te gemimus: dignis sensibus tuo munere capiamus.

P dñm. **fia. vi. iij. tpm.**

Fretur cor querentium dñm quate dñm et confirmamur quate faciem eius semp.

ps Confitemini dño et inuocate nomen eius annunciate inter gentes opera

Acta Coll. eius. **D**qs omnip̄s deus: ut observationes sacras annua deuotione recolentes. et corpore tibi placeamus et mente. **P.**

Et sic orat pph̄. **D**icit dñs. Conuertite israel ad dñm deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite uobis sc̄a uerba: et conuertimini

ad dñm. Et dicite ei. Omne aufer iniquitatem: et accipe bonum: et reddemus titulos labiorum nostrorum. **A**sur non saluabit nos: super equum non ascendemus: nec dicemus ultra dii nostri opera manuum nostrarum: quia eius qui in te et misereberis populi. Sanabo contritiones eorum: diligam eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. **E**ro quasi ros: israel ginnabit quasi lylium. Erumpet radix eius ut lybani: ibunt rami eius. **E**t erit quasi oliua gloria eius: et odor eius ut lybani. **C**onuertentur sedentes in umbra eius: uiuent tritico: et ginnabunt quasi uinea. **M**emorabile eius: sicut uinum lybani. **E**go exaudiam et dirigam eum: ego ut abiecerim uentem: ex me fructus tuus inuentus est. **Q**uis sapiens et intelliget ista. intelliges et fac ista? **Q**uia recte uie dñi: et iusti ambulabunt in eis. **R.** **C**onuertite dñe aliquitulum et deprecare super seruos tuos. **V.** **D**ñe refugium factus es nobis a gene

Effraym qd̄ n̄ ultra ydola.



ratione et pgenie. **S. lucā.**

In illo tempe: Rogabat
dñm quiddā de phisels: ut.

Et cetera. **Regre marie mig.**

Benedic aia mea dño **off.**

et noli obliuisci omis retri
butōes eius et renouabitur
sicut aquile iuuentus tua.

Acepta tibi **Sacr.**

sunt dñe q̄s n̄i

tona ieiunij. que et

expiando nos tua gracia

dignos efficiant. et ad sem

piterna pmilla pducāt.

P. Co. Aufer a me ob

pbriū et contemptū quia

mandata tua exquisiui do

mine. nam et testimonia

tua meditatio mea est.

Quesumus **Cōpl.**

omps d̄s: ut de

preptis muneri

bis gr̄as exhibentes: be

neficia potiora sumam.

Per dñm n̄m. Sabbō.

Agnite adore

mus deum

et padam

ante dñm

ploremus

ante deum

qui fecit nos quia ipse est

dñs deus noster. **ps.** Docu

penus faciem eius in cōfes

sione et in psalmis iubile

mus ei. **Oremus. tm. coll.** **Flertū gē**

Omp̄s sempit̄ne de

us qui per conti

nenciam saluta

rem et corpibus mederis

et mentibus. maiestare

tuam supplices exoram?

ut pia ieiunantiū dep̄ca

tionē placatus: et p̄nc̄ia

nobis subsidia prebeas

et futura. **P. V. ub̄ leuitia.**

In dieb; illis. **V. i.**

locutus est dñs ad

moysen dicens. De

cimo die mensis huius

septimi: dies expiatio

nū erit celeberrimus: et

uocabitur sc̄is. Afflige

tisq; aias ūas in eo: et

offeretis holocaustū dño.

Om̄e opus non facietis

in tempe diei huius: q̄a

dies p̄p̄iationis est: ut

p̄p̄iaretur uobis dñs d̄s

uester. Om̄is aia que af

flucta non fuerit die hac:

p̄bit de pp̄lo suo. Et que

opis quippiam fecerit:

delebo eam de pp̄lo suo.

Nichil ergo opis facietis

in eo. Legitimiū sempit

nū erit uobis: in cunctis

generationib; et habi

tationib; ūis. Sabba

tū requietionis est: affli

getisq; aias iuas. Die nono mensis a uespera usq; ad uesperu: celebra-
bitis sabbata uia. Dicit dñs omps. **R.** Propi-
aus esto dñe peccis nr̄is ne-
qñdo dicant gentes ubi est
deus eoz. **V.** Aduua nos
deus salutaris nr̄ et ppter
honore nois tui dñe liba

D a nob **coll.** nos. **Exe. flata ge. lere**
qs omps deus:
ut ieiunando
tua gra satiemur: et ab-
stinendo cunctis efficia-
mur hostib; fortiores. **P.**

Incio libri leuitici. Incio. g.

L A dieb; illis: locu-
tus est dñs ad mo-
ysen dicens. Qui-
todecimo die mensis
septimi: qñdo congre-
gaueritis omis fructus
terre uie: celebrabitis
ferias dñi septem dieb;.
Die pmo et die octauo
erit sabbm: idest reqes.
Sumetisq; uobis die
pmo fructus arboris pl̄-
cherrime: spatulasq;
palmaru & ramos lig-
ni densaru frondiu: et sa-
lices de torrente: et leta-
binu coram dño deo uel-
tro. Celebrabitisq; sol

lemnitate eius: septem
diebus p annu. Legitimu
sempiternu erit in gene-
rationib; uis. Mense sep-
timo festa celebrabitis:
et hitabitis in umbra cu-
lis septem diebus. Omis
qui de genere est isrl̄ ma-
nebit in tabnaculis: ut
discant posteri uiri qd in
tabnaculis habitare fe-
cerim filios isrl̄: cu edu-
cerem eos de terra egipti.
Ego dñs deus uester. **R.**

P roctor nr̄ aspice deus
et respice sup seruos tuos.
V. Dñe deus uirtutu exau-
di pces seruoꝝ tuoz. **Coll.**

U uere qs dñe fai-
liam tua: ut sa-
lutis eterne re-
media que te aspirante
requirimus: te largien-
te consequimur. **P.** dñm.

Incio michae pphie. Inc. iij.

D Omine deus nr̄
pascere pplm tuu
in uirga tua:
gregem heditatis tue:
habitantes terram in
salute: iurta dies anti-
quos. Videbunt gentes
et confundentur: super
omni fortitudine sua.
Qm̄ quis deus simili

Exe. flata ge. lere

tui qui auferis iniquitate:
et transfers peccatum reliquarum
hereditatis tue. Non imitetur
ultra furorem suum: quoniam
volens misericordiam est. Reuer-
tetur: et miserebitur nostri.
Deponet omnes iniquitates
nostras: et pociet in pro-
fundum maris omnia peccata
nostra. Dabis ueritatem iacob.
misericordiam abraham:
